CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

LIBRARY UNIVERSITY

ANNA COMNENA.

VOLUMEN I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNAE COMNENAE

ALEXIADIS

LIBRI XV.

GRAECA AD CODD. FIDEM NUNC PRIMUM RECENSUIT, NOVAM INTERPRETATIONEM LATINAM SUBIECIT, CAR. DUCANGII COMMENTARIOS SUASQUE ANNOTATIONES

ADDIDIT

LUDOVICUS SCHOPENUS.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY

VOLUMEN I.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRIS CLARISSIMIS

IACOBO GEELIO

ET

FRIDERICO WILKENO

OBSERVANTIAE TESTIFICANDAE CAUSA

HANC EDITIONEM

DEDICAVIT

SCHOPENUS.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

89280

Digitized by Google

Digitized by Google

LUDOVICI SCHOPENI

PRAEFATIO.

Quod de cura, in hoc opere et emendando et instruendo a me posita, ipsa tituli significatione professus sum, id si qui forte erunt qui certius edoceri cupiant: faciendum videtur, ut, quid haec editio novae dotis habeat, et quibus potissimum rebus a Parisina discrepet, paullo explicatius dicam.

In omni igitur scriptorum numero, qui res Imperii Romani Orientalis prodidere, haud scio an nullus criticam operam minus expertus sit, quam quae historia, in laudem Alexii patris sui scripta, inclaruit, Anna Comnena. Etenim Petrus Possinus, quem constat primum ac solum hucusque integros Alexiadis libros in lucem protulisse, nihil aliud quam codicem Bibliothecae Barberinae, quem multis partibus Lucas Holstenius ex Mediceo suppleverat, operis exscribendum dedit, ne manifestis quidem notatis erroribus, quippe qui editoris laudem potius ex paraphrasi sua Latina peteret. Idem postea nactus est copiam codicis Tolosani, qui olim Iacobi Cuia-

Digitized by Google

cii fuerat; cumque ex eius collatione, ut ipse in Praefat. ad Niceph. Bryenn. p. XV. ed. Bonn. ait, non modo lacunas libri sui editi supplesset omnes, sed diversas quoque lectiones facile bis mille enotasset, hanc criticam materiem in Notis, singulari volumine edendis, additurum se esse pollicitus est. Sed fidem non solvit; nec adversariis eius quid factum sit, magis hodie ignoratur, quam quo codex Tolosanus ipse pervenerit. Mox in provinciam, a Possino desertam, successit quidem Carolus Ducangius, longe omnium, qui his litteris operam navarunt, meo iudicio, princeps: qui, si tanta cura ingeniique felicitate in castigatione verborum elaborasset, quanta in rebus explicandis versatus est, nihil admodum aliis, quod agerent, relicturus fuisse videretur. Verum is, sive instrumentis ad eam rem necessariis destitutus, sive etiam quod omnino a critica severitate paullo alienior erat, textus emendationem adeo non tentavit, ut in amplis illis et magnificis doctrinae exquisitissimae copiis, quas ad Alexiadem ornandam Cinnamo suo subiunxit, vix decem locos reperias, in quibus critici munere fungatur.

Ita cum totum recensendi negotium mihi relictum esset integrum, ante omnia librorum subsidia circumspicere coepi, quibus textum a maculis, quas ex diutino situ multas variasque traxit, purgarem. Cui desiderio, quo minus per Alexiadis codicum paucitatem sperare licuit, fore ut aliqua ex parte satis fieret, eo gratius accidit, ut criticam supellectilem nanciscerer, quae ad iustam editionem, qualem meditabar, suffectura videretur.

Digitized by Google

Ac primum quidem codicis Coisliniani lectionibus usus sum, quas Montfauconius in Biblioth. Coislin. Catalogo p. 521. sqq. prodidit. Codex, ut idem p. 425. docet, membranaceus est, XII. saeculi, foliorum 247. Incipit a verbis Libr. I. c. 16. p. 75, 12.: *μᾶλλον τοῦτον τὸν κατάπλουν ἐκεῖνον.* Postrema folia lacera sunt; etsi continent quaedam, quibus lacunas, quas editio Parisina in fine habet, explere quodammodo contigit. Nec minus in aliis locis Coislinianus duobus, quibus illa nititur, codicibus integrior est, lectionesque suppeditat meliores, et eas proprias, quibus bonitas libri censeri potest. Verum tamen fatendum est, eundem ex utroque genere vitia habere nec levia, nec numero pauca, quae a reliquis ferme absunt. Unde apparet, minus rei consentaneum esse, si quis Alexiadis codices, qui quidem hucusque innotuere, ex Coisliniano, tanquam e communi fonte, fluxisse statuat. Vid. Wilken. Hist. Comn. p. XVI.

Proxime ad hunc accedit Apographum Annae Comnenae, quod mihi vir eximius, Iac. Geelius, pro singulari sua erga me benevolentia litterasque adiuvandi studio, ex Bibliotheca Leidensi suppeditavit. Confecerat id olim Io. Frid. Gronovius, cum in Italia a. 1641. commorabatur, partim sua, partim aliena manu, eo consilio, ut opus illud, quod etiam tum ineditum erat, in lucem proferret. Ex itinere autem redux, dum apparatus critici supplementum, a Luca Holstenio ipsi promissum, exspectat, praepropera festinatio Possini necopinantem, non sine fraudis suspicione, antevertit, et propositi exsequendi, ut

Digitized by Google

fit, odio implevit. Res satis nota est cum ex iis, quae in Syllog. Epist. Burm. Tom. III. p. 175. 179. 186. 192. sqq. et 575. narrantur, tum vero etiam ex Epistola Gronovii, ad Ant. Clementium a. 1656. data et libro de Sestertiis subiuncta. In ea Epistola vir praestantissimus haec scribit, p. 681.: „Narro tibi, me Romae partim mea, partim multo auro redempta manu descripsisse Alexiades Annae Comnenae, et quia mendosum erat exemplar, cum Florentino, ob hanc ipsam causam in eam urbem, quam iam videram, reversum contulisse. Fecit idem postea otiosius Lucas Holstenius, ex cuius codice meum exemplum paraveram, et si edere vellem, illum iam emendatiorem benigne obtulit. Erat tum in Italia Nic. Heinsius, et cum sarcinis librariis, quas Venetiis mittebat, curandi ad me studium pollicebatur. Sed non potuit induci Holstenius, ut eum thesaurum mari committeret: terrestris via potior visa. Interceptus est liber in Gallia, traditusque P. Possino, ut verteret ac publicaret. Id quum per literas indicasset mihi Cramoysius, respondi nos omnes bono publico profiteri operam: qua in re si alius alium anteverteret, non simultates suscipiendas, sed grates agendas, quod labore sublevati essemus: utique illis, quorum non restringuntur intra angustum copiae, et restat satis, in quo laudem occupare possimus.“ Ex his verbis illud simul intelligitur, Apographum Gronovianum, cui ne ulla quidem notula, unde originis notitiam haurias, adscripta est, ex duobus codicibus paratum esse. Quorum quidem unum, Florentinum dico, Bandinius in Catalogo Codd. Graec.

Digitized by Google

Biblioth. Laurentian. Tom. II. p. 656. ita describit: „Animadvertendum est, inquit, deesse in hoc exemplari totum fere Prologum, cuius tantum extant ultima verba: τοίνυν ἐνθένδε τῆς ἱστορίας κ. τ. λ. Mox incipit Ἀλεξιὰς πρώτη. Ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος κ. λ. Desinit in Libro XIV. in verbis: καὶ τὰς δυνάμεις ἁπάσας, quae incidunt in edit. Paris. p. 449., ubi adnotatur in margine: "Hic deficit Codex Florentinus." Alius praeterea defectus duorum foliorum erat paullo ante finem Codicis, ut ex apposita marginali nota eruitur, ἀπὸ τῶν ὧδε λείπουσι φύλλα δύο, qui deinde manu item antiqua suppletus fuit. Codex membranaceus MS. in 4. maiori, Saec. XII., omnium praestantissimus, quem vel descriptum vel approbatum ab ipsa Anna doctissimus Langius suspicatur. Constat foliis scriptis 210.“ Cum hoc Florentino sive potius Mediceo codice liber Gronovianus ita congruit, ut tota Praefatio Alexiadis hic quoque desit, praeter verba extrema τοίνυν ἐνθένδε etc., quae p. 11, 7. ed. nostr. leguntur. Accedit, quod a folio inde vicesimo passim tam in margine quam inter lineas varietatem exhibet lectionum, modo litteris *Fl.*, modo *F.* solo, distinctam. Quibus litteris codicem Florentinum designari, nemo non videt. Praeter has lectiones, quae, unde venerint, ipsae loquuntur, nonnullae etiam, maxime ex iis, quae lineis superscriptae sunt, omni eiusmodi significatione carent. Quoniam autem eandem plane scribendi diversitatem, ac reliqua ex Mediceo hausta, prae se ferunt, nihil mihi probabilius videtur, quam has quoque lectiones ex eodem fonte derivatas esse. Ceterum specimina ista

Digitized by Google

pleraque, ac prope dixerim omnia, praestantia sua se commendant, et ut Langii suspicio de codicis Medicei aetate ambitiosior sit quam verior, tamen reliquis eum et vetustate et optimarum lectionum multitudine antecellere, res ipsa docet; ut magnopere dolendum videatur, Gronovio totius libri curiosius excutiendi otium defuisse. De altero, quo usus est codice, illud tantum constat, olim eum fuisse Lucae Holstenii. Reliqua, quae ad certiorem notitiam faciant, hodie in obscuro sunt. Nec tamen ex ipso Apographo, quae eius forma et conditio fuerit, non coniecturam capere licet. Ac primum quidem is codex maxima libr. I. parte mutilus fuit, initiumque duxit, aeque ac Coislinianus, a verbis demum *μᾶλλον τοῦτον* etc. p. 75, 12. Gronovius certe ab his verbis, quibus Apographi folium 20. incipit, Alexiadem describere ingressus est. Quod vere dici, ostendit clarissime, ut alia taceam, litterarum series, quibus folia octona signavit. Siquidem illud ipsum, quod dixi, folium subtus litteram A quasi custodem habet. Quae praecedunt folia decem et novem, nullis insignita litteris, ea Gronovius tum addidit, cum Florentiae nactus esset codicem aliquanto auctiorem. Atque sic factum est, opinor, ut haec folia, quemadmodum supra monui, nullam prorsus codicis Medicei discrepantiam adscriptam habeant. Initium autem Holsteniani exempli etiam perquam mendosum fuisse, Apographum item arguit. Apponam hic verba, qualia primitus a Gronovio scripta sunt: *μᾶλλον τοῦτον κατέτλους ἐκείνου, ἅμα μὲν καὶ τὴν ταχίστην κέλευθον προαιρούμενος· ἅμα δὲ καὶ τὴν*

Digitized by Google

ῥᾴσην τῷ στόλῳ περιποιούμενος. Καὶ γὰρ χειμέριος ἦν ἡ ὥρα καὶ ὁ ἥλιος πρὸς τοὺς νοτίους κύκλους ἀπελαυνόμενος καὶ τῷ αἰγοκέρωτι πλησιάζων ὑπέτεμνε τὰ ἡμεράσια διαστήματα. ἵν' οὖν μὴ ἐξ ὑδροῦντος ἀφ' ἧς ἀρχομένης ἡμέρας ναυπλωήσειε καὶ κλύδωσι τισὶ προσπελάσειεν, ἐπὶ τὸ δυῤῥάχιον ἐκ βρεντησίου ὅλοις ἱστίοις ἀπενεχθῆναι ἐβουλεύσατο. τὰ μήκη γὰρ τοῦ διαστήματος ἐνταῦθα συνετέμνετο ἐπισευομένου τοῦ Ἀδριατικοῦ πελάγους ἐκεῖθι. Οὐ μέντοι οὐδὲ τὸν υἱὸν Ρογέρην κατόπιν ἀπείλῃ καθάπερ βεβούλητο ἀπὸ ληίας κεχειροτονηκὼς κυρίου μου. Επεὶ οὐκ οἶδα πῶς εἰς οἶα δοξα πάλιν αὐτὸν συνετυπόμενον εἶχε· μεταξὺ δὲ πρὸς τὸ δυρράχιον ἀπέπλουν τήν τε κορυφῷ πόλιν ὀχυρωτάτην, ἣν ἀλλ' ἀπομένας φρούργος ἐξ ἀποστολην κατήρχοντο. Εκ δὲ τοῦ γύρου πεκτελόγγι βάρσους καὶ ἀπουσίας ὧν, ἀλλὰ μεμέμουσι, καὶ τὴν χώραν ἀργυροκάστρον κατέτρωσαν καὶ φορολογήσας προσδοκησίας καὶ τῷ δυρραχίῳ προσεσχηκέναι. Σοῦκας δὲ ὁπηνικαῦτα ἐτύγχανε παντὸς τοῦ Ἰλλυρικοῦ στρατεύματος ὁ μονομαχάτος παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος βασιλέως αὐτοῦ ἀποσταλεὶς. καίτοιγε πρῶτον τὴν ἀποστολὴν ἀπεπέμπετο, καὶ τηνικαῦτα ἦν ἐν πίστει ἐπὶ τῆς τὴν λειθουργίαν ταύτην . . . . καὶ δοῦλοι τοῦ αὐτοκράτερος . . . . βουργῖλος τε καὶ Γερμανὸς ἑστηκότες τῷ Μονομαχάτῳ καὶ ἀεὶ τι δεινὸν εἶρον κατ' αὐτὸν ἐννοοῦντες κατεῖπον αὐτὸν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα συρράψαντα ὅπου τε καὶ βεβούλοιντο καὶ τοσοῦτον ἐνέφλεξαν τὸν τοῦ βασιλέως κατ' αὐτοῦ θυμὸν κ. τ. λ. Ita Holstenii codex locum exhibuit, postea a Gronovio Medicei ope correctum. Ne quis autem forte ex hoc initio,

omni vitiorum genere depravatissimo, de totius codicis virtute iudicium iniquius ferat, monendum est, quidquid deinceps Apographum inde habet, multo sanius esse, nec similem usquam corruptelarum nidulum inveniri. Omnino exemplum illud cum Coisliniano, quantum ex Apographo coniicere licet, maximam similitudinem habuit, ut alterum ex altero transcriptum putarem, nisi Holstenianum in ipsis illis, quae Coislinianum egregia affert, in reliquorum depravationem mira constantia discederet. Liber ultimus in Apographo ita desinit: *μὴ καὶ ἀναγράφοντες τὰ λυπηρὰ ἐμπικραινοίμεθα.* Quibus verbis Gronovius postea (nam manus ab ea, qua praecedentia scripsit, admodum discrepat,) subscriptionem addidit his verbis:

Ερρίκου τοῦ Δορμαλίου

Λῆξεν ὅπου βιότοιο Ἀλέξιος ὁ Κομνηνὸς

Ενθα καλὴ θυγάτηρ λῆξεν Ἀλεξιάδης.

Eosdem versus editio Parisina exhibet. Quamquam ibi rectius in extremo *Ἀλεξιάδος* legitur; nec Henrici Dormalii mentio fit, quem codicem descripsisse suspicor. Iam vero in calce Apographi quatuor habentur appendices, a Gronovio itidem recentiore manu exaratae. Quarum quidem prima continet Fragmentum libri XIII. p. 394. A. — 385. A., uno folio constans, quod ex Mediceo codice desumtum videtur, idque eam ob causam, quia Holstenianus ibi lacunosus erat, ut ex Apographo patet. Hoc autem Fragmentum excipit Epitome libri XII., quae inscripta est: ΑΛΕΞΙΑϹ ΔΩΔΕΚΑΤΗ. Sic incipit: *Τὰ μὲν οὖν τῆς πρώτης διαπεραιώσεως ἔργα*

Digitized by Google

τοῦ Βαϊμούνδου· καὶ ὁπόσα ἐπραγματεύσατο κατὰ τοῦ βασιλέως τὴν βασιλείαν γυρεύων· καὶ ὅπως μετὰ πονηρίας ἐξέφυγε· καὶ ὡς νεκρὸς εἰς τὴν κορυφὼ κατέλαβεν, ἤδη ἐγράφησαν. Λεγέτω δὲ καὶ ὅσα μετὰ ταῦτα εἰργάσατο. Folia implet undecim, desinitque in haec verba: *ὁ βασιλεὺς δὲ φρονήματος ὢν μεγάλου, καὶ ψυχὴν ἀνανδρείαν* (immo *ἀνδρείαν*) *ἔχων, λύων τὸ ὑπόδημα αὐτοῦ, οὐ συνεστάλη· ἀλλ' εἶπε· πρὸς τὸ παρὸν ἂς ὑπάγωμεν ἵνα φάγωμεν· καὶ τὰ κατὰ τοῦ Βαϊμούνδου πάλιν ἵνα σκεψώμεθα.* Proximis foliis quindecim continetur Epitome libri XIII., hoc titulo: ΑΛΕΞΙΑC ΤΡΙCΚΑΙΔΕΚΑΤΗ. Initium est: *Ἐξεπλάγησαν μὲν οὖν ἅπαντες τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν στερρότητα τῆς τοῦ βασιλέως ψυχῆς· αὐτὸς δὲ τότε πρὸς τὰ μηνύματα ἐκεῖνα οὐ κατεφρόνησεν· ἀλλ' ἔσωθεν περὶ τὸν λογισμὸν αὐτοῦ πολλὴν εἶχε τὴν ταραχήν. διελογίσατο οὖν ἵνα ἐξέλθῃ ἀπὸ τῆς πόλεως· καὶ ταῦτα καὶ ἐν τῇ πόλει τότε πράγματα ὄντα ταραχῆς γέμοντα· ὅμως ἐξασφαλισάμενος καλῶς τὰ ἐν τῷ παλατίῳ καὶ τὰ τῆς πόλεως, καὶ εἰς φύλαξιν τούτων καταλείψας τὸν μέγαν δρογγάριον τοῦ στόλου τὸν εὐνοῦχον Ευστάθιον τὸν κυμινιανὸν· καὶ τὸν Νικηφόρον τοῦ δεκανοῦ λεγόμενον. Οὕτως ἐξέρχεται ἀπὸ τῆς πόλεως μετὰ ὀλίγων τῶν αὐτοῦ συγγενῶν, κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, ἰνδικτιῶνος πρώτης. καὶ ἀπέρχεται εἰς τὸ ἔξω λεγόμενον Γεράνιν. ἔνθα ἔστησαν αἱ βασιλικαὶ τένται.* In fine desunt nonnulla. Quae enim ibi leguntur: *Προσέτι ὀμνύω καὶ συμφωνῶ, ὡς ὅσαι πόλεις καὶ χῶραι . . . .*, ea non ultra narrationem Annae p. 411. D. pertinent. Denique Epitome libri XI. sequitur, et titulo et ca-

pite mutila. Constat foliis octo. Ita incipit: *χρήματα ἀρκετὰ δοὺς αὐτῷ· ὅταν τούτους ἀγοράσῃ καὶ ἐλευθερώσῃ γράψας καὶ πρὸς τὸν Αμεριμνῆ πολλὰ περὶ τούτων.* Ο *δὲ ἀπελθὼν καὶ τὰς γραφὰς δοὺς καὶ ὑπαναγνοὺς χωρὶς τιμῆς, ἀπέδωκε τοὺς κόμητας ἅπαντας ἄνευ τοῦ Γοντοφρὲ· ἐκεῖνον γὰρ προέφθασε πωλῆσαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Βαλδουῖνον. ἐλθόντας δὲ τοὺς κόμητας εἰς τὴν μεγαλόπολιν ἐντίμως ὁ βασιλεὺς ἀπεδέξατο· καὶ χρήματα ἐπιδοὺς καὶ ἀναπαύσας μετὰ χαρᾶς ἐξαπέστειλεν εἰς τὰ αὐτῶν ὀσπήτια.* Ο *δὲ Γοντοφρὲ πάλιν δοὺξ ἐς τὰ Ιεροσόλυμα ἀποκατασταθεὶς, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Βαλδουῖνον ἀπέστειλεν εἰς Εδεσαν.* Quae verba incidunt in edit. Paris. p. 328. D. Finis hic est: *Εγὼ πρὸς τὴν ἰδίαν ἦλθον χώραν κακὰ κατὰ σου βουλευόμενος· ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ ζῶν τὴν Ρωμανίαν ἐτάραξα. καὶ ἀποθανὼν πάλιν μέλλω ταράξαι. Ενταῦθα γὰρ ἐλθὼν πᾶσαν τὴν Λογγιβαρδίαν καὶ τοὺς Νορμανοὺς καὶ τοὺς Φράγγους καὶ Αλαμάνους κατὰ σοῦ καὶ τῶν σῶν χωρῶν κινήσω. ἕως ἂν τὸ κοντάριν μου εἰς τὴν πόλιν πήξω. εἰς τοσαύτην ἀλαζονείαν ἐπήρθη ὁ βάρβαρος.* His subscriptum est: ΤΕΛΟϹ ΑΛΕΞΙΑΔΟϹ ΕΝΔΕΚΑΤΗϹ. Ipse Gronovius iam pridem in Obss. IV. 19. p. 747. duo ex hisce Epitomis protulit fragmenta, quae visum est hic apponere, quo certius libellorum istorum ratio cognoscatur. „Fragmentum, inquit, Alexiados Annae Comnenae translatum in linguam vulgarem Graecis ante captam Constantinopolim, lib. 13. *εἰσελθόντος δὲ τῆς τέντας ἐντὸς τὴν χεῖρα ἁπλώσας ὁ βασιλεὺς, καὶ τὴν τούτου κρατήσας χεῖρα· καὶ τὸν βασιλέα προσκυνήσαντος ἐκεί-*

νου κατὰ τάξιν, πλησίον τοῦ θρόνου τοῦ βασιλικοῦ οὗτος ἔστη. Pro quo ipsa doctissima Princeps scripserat: εἰσελθόντος δὲ τούτου ἐκτείνας τὴν χεῖρα ὁ βασιλεὺς καὶ τῆς ἐκείνου ἀψάμενος χειρὸς, καὶ τὴν συνήθη τοῖς βασιλεῦσι προσαγόρευσιν ποιησάμενος, ἐγγὺς τοῦ βασιλικοῦ παρεστήσατο θρόνου. Sic et lib. 12., ubi Dyrrhachii situs describitur: ἐν τῷ μέσῳ δὲ εἶχε πέλαγος ἡπλωμένον πολὺ καὶ μακρόν· κατὰ μὲν τὸ πλάτος παρατείνεται καὶ ἐξαπλοῦται εἰς τὰ πέραμα τῆς Ἰταλίας. Ipsa: ἐν τῷ μέσῳ δὲ ὑφήπλωται πέλαγος πολὺ καὶ μακρὸν, καὶ κατὰ πλάτος μὲν παρατεῖνον εἰς τὴν περαίαν τῶν Ἰταλῶν." His speciminibus insunt sane plura, quae quotidianam loquendi consuetudinem redoleant, qualis hodieque apud Graecos obtinet. Nec tamen vulgari lingua ea scripta crediderim, quippe quod vel Comnenorum aetate, nedum iis temporibus, quibus vixit Epitomator iste, sermonem, quo vulgo Graeci utebantur, in barbariem multo foediorem iam degenerasse, certissimis argumentis videor mihi probare posse. Quare sic statuo, Epitomatorem, cum Alexiadem ad faciliorem intelligentiam accommodare vellet, pro vocibus loquendique formulis exquisitioribus, quibus orationem suam Anna distinxit, notiora passim, interdum etiam de trivio sumta, substituisse. Quae licentia effecit, ut, quidquid discrepantium lectionum habet, perquam dubiae auctoritatis putandum sit. Quin adeo pleraeque ne dignae quidem videntur, quibus in Variarum Lectionum apparatu angulus concedatur.

Ab his Epitomis diversa et multo maioris ad crisin momenti est alia Alexiadis Epitome, libris VIII.,

Digitized by Google

quae codice Augustano, nunc Monacensi, continetur. Eam opera Dav. Hoeschelii editam esse August. Vindel. a. 1610. 4., non ignorant eruditi. At illud nondum in libris de litteratura Graecorum relatum invenio, hac Epitome non solum, ut vulgo existimant, ex Alexiadis libris octo prioribus, sed ex toto fere opere Excerpta contineri. Dudum id docuit, etsi parum accurate, Io. Christ. Wolfius in Catalogo Femin. olim illustr. p. 278. Nimirum editio Hoeschelii, si septem priorum librorum et initia et exitus comparaveris, cum Parisina plane congruit; liber autem ultimus complectitur res, a libro VIII. usque ad librum XIV. p. 445. A. perscriptas; sic ut l. IX. incipiat p. 133, 29., l. X. p. 137, 4., l. XI. p. 150, 20., l. XII. p. 161, 16. Utriusque reliqui libri Excerpta, ob codicis, ut videtur, folia turbata, alium ordinem habent, ac rerum series postulat. Liber enim XIII. incipit p. 163, 14. Tum sequitur p. 164, 14. initium l. XIV. Hunc rursus l. XIII. excipit p. 170, 24. Ultimis tribus paginis Fragmenta l. XIV. leguntur. Atque haec Augustana Epitome eas, quas Gronovius descripsit, longo intervallo vetustate praestat; siquidem confecta est ipsis Annae Comnenae temporibus. Cuius rei argumento est, quod Io. Zonaras, Annae aequalis, ea iam usus reperitur. Sic, ut hoc utar, Annal. Tom. III. p. 236., ubi rem, ab Anna L. V. 5. p. 248. traditam, refert, huius narrationem non ipse compendi fecit, sed qualis in Epitome legitur, ad verbum exscripsit. Nec dubito, quin olim hoc opusculum magis se legentium studiis commendaverit, quam ipsius Annae volumen, quod

Digitized by Google

magnitudine facile triplo maiori est. Etenim qui Epitomen paravit, non solum, ut Alexiadem in brevius contraheret, operam dedit, sed multo magis, ut ne quid excerperet, quod lectorum parum interfore videretur. Itaque tota subinde capita resecuit, et quominus defectus, hiante oratione, apparerent, etiam verba contigua, modo parcius, modo violentius, conglutinando interpolavit, cum cetera pleraque servaverit integra, multo certe minus sibi licentiae, quam Gronovianus iste, sumserit. Vix autem crediderit quisquam, quam misere deformata Epitome illa ad nos pervenerit. Nulla enim ferme pagina editionis Hoeschelianae est, quae, ut alia vitiorum genera omittam, non tres quatuor lacunas habeat. Vel sic tamen egregium ad textus emendationem adminiculum censeri debet. Possinus quidem satis habuit, Alexiadis Praefationem, quae in omnibus codicibus deest, inde sumere; reliqua ne adspexisse quidem videtur. Ego vero accurato eius usu didici, nullum facile codicem esse, cui Anna tantum debeat, quantum huic Epitomae; quippe quae sola non modo lectionis veritatem saepissime tueatur, verum etiam plura, quae mutila leguntur in reliquis libris, sana et integra exhibeat. Ceterum cum Hoeschelius codicem Augustanum, ut ex speciminibus, a Friderico Windischmanno, Prof. Monacensi, ad me missis, cognovi, non ea, qua par erat, diligentia contulisset, perquam opportune accidit, ut beneficio Tafelii V. C. Apographum nanciscerer accuratius, quod in Bibliotheca Tubingensi asservatur. Exemplum illud Augustanum triginta quinque annis,

Digitized by Google

priusquam Hoeschelii editio in lucem prodiret, descripserat vir de his litteris optime meritus, Martinus Crusius, qui Tubingae quondam philologicam disciplinam profitebatur. Cuius marginibus libri adscriptae quoque erant eiusdem coniecturae aliquot textusque complementa: ex quibus ego, quae probabilia videbantur, suo loco commemoravi.

Denique silentio praetereundum non est Fragmentum Alexiadis parvulum, quod emendandae Praefationi adhibui. Quod Fragmentum, iam Fabricio Bibl. Graec. Vol. VII. p. 727. commemoratum, exstat in Bibliothecae Parisinae codice bombycino, olim Colbertino. Initium tantum Praefationis continet usque ad verba *ὅσα ἡ φύσις*, quae p. 4, 14. ed. nostr. leguntur. Hanc collationem a Niebuhrio, viro desideratissimo, accepi.

Recensitis codicibus iis, quibus uti mihi contigit, non alienum videtur, etiam reliquos, quorum mentionem in scriptis eruditorum inveni, breviter hic commemorare. De codice Tolosano, supra iam monui, eum ex oculis usuque hominum dudum evanuisse. Iac. Cuiacius duos tantum, quod sciam, locos inde protulit, ad Institut. II. 1. §. 24., quorum unus est libri I. 7. p. 40, 11—16., alter libri XIV. p. 422. B. *σκολιώτατος — ποιούμενος*. In utroque loco nulla scripturae diversitas inest, nisi quod in priore pro *καταλείπουσι* legitur *καταλιμπάνουσι*. Eaque lectio huic codici propria est: unde vix dubium arbitror, quin a libris, quos novimus, omnibus Tolosanus fuerit diversus. Atque id certius fortasse constaret, si eiusdem codicis locum alium in-

Digitized by Google

spicere licuisset, quem in Petri Fabri, ICti Tolosani, Commentario ad Leg. II. de Iust. et Iure p. 751. exstare, Ducangius ad Ann. Comn. II. 8. p. 114, 19. testatur. Verum hunc Commentarium, etsi studiose quaesivi, nancisci non potui. Alter codex est Vaticanus, qui cum exeunte saeculo proximo Roma a Francogallis Parisios ablatus esset, ad pristinam sedem dudum rediit. Eius mentionem fecerunt Ste Croix, Examen critique des anciens historiens d'Alexandre le Grand, sec. edit. p. 759. et Frid. Wilken. Hist. Comn. p. XV. Minus recte postremo in loco Vaticanus alter appellatur. Error inde, ut opinor, venit, quod Fabricius in Bibl. Graec. Vol. VII. p. 727. codicem, quo Possinus usus est, Vaticanum dixit, cum fuerit Bibliothecae Barberinae. Is igitur liber vere Vaticanus in schedulis, a Niebuhrio mihi traditis, accuratissime sic describitur: „Codex bombycinus, forma maxima, foliis 392., satis luculenta et grandi littera, saeculo XVI. exaratus est. In eo continetur Annae Comnenae Alexias initio et fine mutila. In uno ex foliis chartaceis praefixis haec scripta sunt manu Fulvii Ursini: "Annae Comnenae Alexias. Ἀλεξιάς. Emptum ex libris cardinalis Sirleti", tituli instar; nam opus ipsum imperfecte incipit fol. I. recto, *μᾶλλον τοῦτον κατέτλους* (sic) *ἐκεῖνον· ἅμα μὲν καὶ τὴν ταχίστην κέλαιθον* (sic) *προαιρούμενος*, quae verba incidunt in lib. I. ed. Reg. 1651. fol. p. 37. D. Desinit fol. 391. verso: *μὴ καὶ ἀναγράφοντες τὰ λυπηρὰ* (hic lacuna indicatur) *ἐμπικραινοίμεθα*. Deinceps fol. 392. recto maximis rubrisque litteris subscriptio legitur: *τέλος σὺν θεῷ τοῦ παρόντος βιβλίου.*

Omnium librorum initia et fines cum editione conveniunt. In uno ex foliis praefixis, nescio cuius manu, nota perarata est eiusmodi: "Quae hic desunt in proximo libro, vide in impresso sub no. 6152. Caeterum in impresso plurima desunt, quae ex hoc mscto supplenda sunt." Sed hoc in fraudem ne ullum inducat. Nam intelligitur editio Hoeschelii admodum lacunosa. Regia autem editio, tantum abest, ut ex hoc codice compleri possit, ut ipse innumeris locis ex ista et supplendus sit et corrigendus. Etenim quae lacunae sunt in ed. Reg. lib. XIV. p. 421. D. lib. XV. p. 464. B. p. 470. B. p. 471. B. p. 499. A. et totis paginis 500—507., item eae in codice inveniuntur fol. 325. recto, 356. recto, 360. verso, 361. recto, 385. recto, 386. recto, sequentibusque foliis, et nonnulla, quae integra sunt in editione, in codice sunt manca, punctisque in vacuis spatiis notata. Eiusmodi locos offendimus lib VII. fol. 119. verso, lib. VIII. fol. 147. verso, lib. XV. fol. 354. verso, alibi. In margine scholiola leguntur, rubricata plerumque. Fol. 109. verso, ubi Alcibiades Atheniensium muros contra Lacedaemoniorum voluntatem instaurasse scribitur (lib. VII. p. 174. D.), adnotatur: *τὸν ἄριστον στρατηγὸν, Θεμιστοκλῆ, φησιν ὁ Θουκυδίδης τοῦτο πεποιηκέναι.* Fol. 122. recto, de Danubio (lib. VII. p. 192. B.) *Ἴστρος ὁ ποταμὸς, ὁ παρ' Ἑβραίοις Φυσῶν* (sic), *παρὰ δὲ Ἰνδοῖς Γάγγης, παρὰ Αἰθίοψιν Ἰνδὸς, παρ' Ἕλλησι δὲ Δανούβιος.* Fol. 151. verso, de Scytharum invasione (lib. VIII. p. 225. C.), quos paullo ante ab Alexio victos Anna scripserat, *ποία οὖν ἡ τοῦ βασιλέως νίκη, ὢ*

Digitized by Google

συγγραφεῦ, τῶν Σκυθῶν, ὡς φῄς, ληϊζομένων ἅπαντα, ὡς καὶ τὰς πύλας τῆς πόλεως ὑποκλίνεσθαι. Quorum scholiorum nonnulla in ed. Reg. latine versa videmus et edita.“ Ab hoc codice Vaticano non diversum puto eum, unde Leo Allatius, cum editio Parisina nondum prostaret, satis ampla fragmenta descripta inseruit libro de Eccles. Occident. et Orient. perpetua Consensione, qui Colon. Agripp. a. 1648. 4. prodiit. Ipse quidem Allatius, qui incommodus saeculi mos erat, nihil de codice suo addidit. Sed tamen coniectura mea multum inde habet probabilitatis, quod Allatius ei ipsi Bibliothecae olim praefuit, quae codicem illum possidet, a Fulvio Ursino, ut arbitror, legatum. Vid. F. Blumii Iter Ital. III. p. 39. Iam vero fragmenta, ab Allatio l. II. c. 10. p. 625. 629. 631. 633. 636. prodita, haud exiguam variantium lectionum copiam continent; quas inde exsignatas sedibus suis memorassem, nisi Allatii librum sero inspexissem. Itaque eas, quatenus ad hoc Volumen pertinent, nunc libet adscribere; reliquas alteri Volumini seponam. Sunt autem hae: p. 265, 15. ed. nostr. τἀδελφοῦ. 19. ἄλλά τα. 266, 4. κατὰ τὸν φάμενον — γαρυδᾶν. 5. ἑαυτὸν. 7. ἐφ' ἑαυτοῦ. 8. τουτουὶ om. 10. τῶν om. 12. τούτων τῶν δογμάτων. 14. κακῶς τῷ Ἰταλῷ. 18. παντὸς — λέγοντος. 267, 1. παραιτούμενος. 11. ἔσπευσε. 286, 15. διανείμασθαι — ἐκέλευσεν. 17. ὑπαρόρους. 286, 4. ὅπῃ. Quas quidem lectiones, etsi numero illas pauciores, si quis cum reliquorum codicum scripturis comparaverit, satis liquido apparebit, exemplum illud cum Holsteniano, quo Gro-

Digitized by Google

novius usus est, cognationem habere maximam, quamvis rursus non desint, quae utriusque libri diversitatem arguant.

Iam de consilio, quod in adornando Alexiadis textu secutus sum, pauca dicam. In quo genere hanc mihi legem constitui, ut verba ad solam codicum auctoritatem exhiberem, neque usquam a scriptura, qualis in editione Parisina extat, recederem, nisi aliorum librorum lectio vel rei veritati, vel analogiae grammaticae, vel denique Annaei sermonis consuetudini elegantiaeque magis consentanea videretur. Ubi vero libri ob depravationis communionem me destituerent, a coniectandi arte, quae codicum vicaria est, auxilium petii. Quamquam eiusmodi in locis sedulo cavi, ne, siquid ingenio a me repertum esset, in ordinem temere reciperem. Praeterea interpunctionem, quam Possinus ex codice suo perversissimam reliquerat, passim mutavi, eaque sola re effeci nonnunquam, ut loci, ad intelligendum antea impediti, lucem nanciscerentur suam. Codices litteris suis initialibus distinxi. Igitur P. significat codicem Possini sive editionem Parisinam, F. Florentinum, C. Coislinianum, G. Gronovianum, A. Augustanam Epitomen, E. Epitomas Gronovii, Fr. Fragmentum codicis Parisini. Sicubi in apparatu critico unius editionis Parisinae lectionem indicavi, quod aliquoties factum memini, sciendum est, textus scripturam reliquorum codicum fide niti.

Volumine altero exhibebuntur Annotationes meae, in quibus cum locos difficiliores vel obscuriores illustrabo, tum lectionis, sive novae sive intactae

Digitized by Google

veteris, ubi opus videbitur, rationes reddam, et si forte longior usus, ut assolet, meliora me docuerit, ea addam. Nam etsi vix ulla editionis Parisinae pagina est, in qua non ter amplius vel librorum scriptura melior restituta, vel coniectando veritas lectionis inventa sit, tamen tantum abest, ut perpurgasse iam textum mihi videar, ut non pauca etiam nunc residere doleam, quae emendari poscant. Quin nunc ipsum, dum hoc Volumen, pridem a me absolutum, tanquam alienus spectator, perlustro, vitia nonnulla deprehendi, vel prorsus a me neglecta, vel minus feliciter tentata. Cuius duplicis generis exempla aliquot hic proponam. Pag. 9, 10. pro corrupto *θειοτέρας* lege *θειοτέρου*. Mox l. 15. recipere debebam, quod Hoeschelius coniecit, *ἀφ' ἧς*. 17, 21. pro *οἱ μὲν γὰρ* scribe *οἱ μὲν οὖν*. 18, 13. *ἡμῖν* sanum est. 21, 2. in verbis *ἤπλωτο μὲν τῇ γῇ*, dativus non habet, unde pendeat. Quare lege *ἐφήπλωτο*. Quod verbum etiam apud Glycam p. 623, 9. in vitium abiit, a Bekkero notatum. Deinde l. 7. recte A. *ἐγκείμενον*. Nec minus probum est, quod l. 10. in G. legitur, *πανταχόθεν*. Eadem corruptela p. 32, 14. tollenda, licet omnes libri *πανταχόθι* habeant. 24, 15. *τοσοῦτο*, quod G. dat, non recipiendum erat pro rariore *τοσοῦτος*. Locutionem exemplis cum aliorum scriptorum, tum ipsius Annae p. 381. B. firmavit Lobeck. ad Phryn. p. 424. 27, 10. lege cum A. *μεμαθήκει*. 29, 6. pro vitioso *ἀπελάττειν*, nunc non dubito, quin reponenda sit lectio A. *φυλάττειν*. 37, 5. *μεμηνόσιν ἐῴκει καὶ οὔτε ῥᾳστώνης ἐν χρείᾳ ἦν*. Frustra conieci *καὶ οὔτι γε*. Lege *καὶ οὐ τῆς ῥ.* Ita

Digitized by Google

alibi loquitur, velut in Praefat. p. 4, 13. δεῖ γὰρ ἐξορχεῖσθαι ταῦτα, καὶ οὐ περιαυτολογία τὸ πρᾶγμα. Vid. Schaefer. ad Apoll. Rhod. T. II. p. 218. Mox l. 11. recte A. ἐκεῖθεν. Formula Annae usitata: p. 139, 12. 366, 3. et, omisso ἔνθεν, 217, 18. 411, 13. 430, 10. 40, 6. malim Βαρδάριον, quod A. praebet. Vid. Tafel. Mus. Rhen. V. 2. p. 185. 41, 13. τοῖς ante ἐκεῖθι non delendum. 42, 16. placet coniectura G. Dindorfii, in Thes. Steph. Vol. II. p. 1516. pro διώκλα scribentis διώκλαζε. 45, 2. ante μέσον excidisse videtur εἰς. In sqq. l. 12. restituendum est διηγήσομαι. Ibidem l. 16. pro ἕνα bene A. εἶναι. 49, 13. pro vitioso τοῖς πρὸς ἡμᾶς emendo τὸ πρὸς ἡμᾶς. 51, 11. ἄγεσθαι mutandum censeo in ἄρχεσθαι. 59, 14. γε dele cum A. 31, 1. recipere debebam τούτῳ, quod in F. legitur. Nempe interpunctio, qua locus laborat, imprudentem me decepit. Ita scribendus est: οὐδὲ διὰ τὴν ὑποτρέχουσαν ὑποψίαν, ὅτι πατήρ ἐστι, περὶ οὗ συγγράφομεν, τὰ κατορθώματα τούτῳ παραδραμούμεθα. In seqq. l. 3. recte idem F. ταύτην. Totam autem sententiam sic scribe: ἐμοὶ γὰρ ταύτην ἐχούσῃ σκοπόν, ἄνωθεν καθάπερ πολλάκις εἴρηται. 96, 3. ex A. μὲν ascisci oportuit. Vid. Niceph. Bryenn. II. p. 94, 16. 98, 5. corrige τῇ δὲ μετ' αὐτήν, ex constanti Annae usu: p. 116, 5. 340, 14. 400, 5. 419, 12. 439, 20. 103, 13. pro ἀφροντησίαν scribendum est cum A. ἀφροντισίαν, ut p. 139, 4. 181, 18. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 510. 106, 10. ἐκεῖνος δὲ τοῖς τῶν μοναχῶν ὑποζυγίοις ἐπεισάξας τὰ ἑαυτοῦ. Nihili est ἐπεισάξας. Corrige: ἐπισάξας. 111, 18. coniunctim scribe κα-

Digitized by Google

ταὐσυστάδην, quod Lexicis deest. 129, 2. *μονάδιον*, quod Hoeschelius coniecit, reponendum erat, suadente Ducangio Constant. Christ. IV. p. 125. 176, 13. *σωματικὰ δεύτερα τίθεται λόγου*. Locus restituitur facillime, si *δεύτερον*, quod C. habet, in *δευτέρου* mutaveris. 193, 20. *ἐπεὶ ὁ Βαϊμοῦντος καρτερώτερον αὐτοῖς ἐπεμάχετο*. Ita nunc legitur, contra sensum. Emendo: *ἀπεμάχετο*. 215, 1. pro *ἡ δὲ* scribe *ἤδε*, pleniore interpunctione post *θέσις* posita. 273, 20. *κατὰ δεκάδας τοὺς λογάδας τῶν Μανιχαίων ποιεῖσθαι ἐκέλευσε*. Pro inepto *ποιεῖσθαι* nunc malim *πορεύεσθαι*. 328, 8. lege *οὑτινοσοῦν*. 337, 5. pro *τούτων* lege *τούτου*, ut ad solum Caesarem respiciat.

Verum haec obiter. Nam de eiusmodi locis plerisque, in quibus scriptoris manus nondum restituta videtur, tum proprie agendum erit, cum Annotationes scribam. Nunc reliquum est, ut de interpretatione Latina, quam huic editioni novam addidi, verbo moneam. Id negotium, molestiae taediique plenissimum, ut susciperem, res ipsa exigere videbatur. Nempe Possinus, cum non tam vertendo, quam enarrando operam daret, mirum quam libere non in verbis modo singulis, verum etiam in totis sententiis reddendis versatus est, circumscribendo, affingendo, primis postrema miscendo, omnia denique obruendo ingenti verborum flumine. Unde factum est, ut Alexias Latina in amplitudinem duplo maiorem excreverit, quam Graeca, et altera alterius ne umbram quidem referat. Quo minus autem Possinianae versionis luxuriem depascere licuit ad ali-

Digitized by Google

quam Graeci exempli similitudinem, eo fuerat optatius, quod Alexander Diesterwegius, discipulus quondam meus, suam mihi operam ad novam parandam ultro pollicitus erat. Iamque iuvenis egregius, qua erat diligentia animique alacritate, exantlaverat aliquantum laboris, atque etiam nonnullos locos, corruptelarum labe affectos, eadem opera ad sanitatem redegerat, cum, ecce, mors eius immatura, quae tristis et acerba nobis accidit, incepti persequendi spem omnem evertit. Itaque ipse de integro rem aggressus, legentium utilitati maxime consulturum me putabam, si, quantum a temeritate ac lascivia decessoris mei abessem, tantum morositatem illorum interpretum fugerem, qui singulis annumerandis verbis fidem constare opinantur. Hanc interpretandi viam, quae inter duas maxime diversas sola ad probabilem scriptoris imaginem ducere mihi videbatur, omni, qua potui, constantia tenere studui, ac nisi plane turpiter in alterutram partem peccavi, non verendum erit, opinor, ne aequi lectores, si quae leviora errata deprehenderint, non condonanda censeant. Ceterum Argumenta, singulis libris praeposita, nova et ipsa sunt. Libenter servassem vetera, nisi rerum ab Anna narratarum seriem parum perspicue ostenderent. In meis praecipua tantum historiae capita indicantur, quae, quo commodius reperiri possent, etiam in textu Graeco numeris distinguenda curavi.

E Possini Glossario, quod post Ducangii Commentarios, nobile illud eruditionis monumentum, nemo facile integrum requirat, resectis verborum

Digitized by Google

ambagibus, ea excerpta dabo, quae ad rem facere videantur. Denique extremo operi subiungentur et rerum et verborum Indices novi, quorum alter plura vocabula exhibebit, quae in Lexicis nostris frustra quaeras.

Scrib. Bonnae mens. Sept. a. 1839.

Digitized by Google

PETRI POSSINI

DEDICATIO ET PRAEFATIO.

AMPLISSIMO ILLUSTRISSIMOQUE VIRO

D. D.

PETRO SEGUIERIO,

FRANCIAE CANCELLARIO.

Non eget apud Te quidem Interprete vetustas ulla, aut eruditarum litterae Gentium: Tamen haec Graecae Princeps facundiae cuius arce dignum Opus e tenebris in lucem publicam nunc emergit, me interpretem apud te iubet esse, non orationis certe aut sermonis sui, ubi nihil eruditioni tuae non pervium est, sed animi grati atque officii, quorum significationes nunquam satis magnas, satisque vel tuo merito, vel suae voluntati respondentes edere se ullas putat posse, quantumvis accumulet plurimas. Anna ea est Comnena, decima Musarum, et Pallas quaedam Byzantinae Graeciae, cuius Porphyrogenitae licet ac primogenitae moderantis orbem Principis, si quis ingenii opes aestimet, Augustos natales, atque illam cunarum purpuram in minimis ornamentis numerabit. Haec nullius eruditarum rudis artium, praesertim autem Eloquentiae consulta; religionis quoque omnibus et humanitatis elimata officiis; ac collectis iis cunctis una florens dotibus quae omnibus absolvere numeris non Regiam Matronam quamlibet, sed eam possent quam sui aevi miraculum iure diceres;

Digitized by Google

contenderat omnes nervos industriae in elucubratione operis ingentis, in quo decorum istorum omnium insignia specimina extarent: Historiae videlicet rerum longo Patris sui principatu maximarum ac mire variarum terra marique tota fere Asia Europaque gestarum: quas accuratissima collectionis diligentia, nec minus scita descriptione ordinis, atque explicationis ornatu complexa, simul praeclare a se consultum rebatur rationibus publicis tantae utilitatis libro vulgando; simul privatas spes famae ac memoriae perennis, quas isto pietatis eodem facultatisque suae consignasset monumento, non male constitutas gratulabatur. Caeterum quam vere illud olim scriptum a quodam sit: *Quantumvis docta disertaque opera blattis nihilo secius ac tineis epulas datura, nisi potentis et benigni Genii efficaci providentia curentur*: non alio melius exemplo, quam huius Libri misera et lamentabili fortuna comprobatum est. Tam venusto is quidem elocutionis flore comptus ortu ipso primo prodiit, ut si fabellas et nugas meras ista elegantia garriret aniliter, ornatu solo dictionis honoratum inter Scriptores Atticos primi subsellii eblanditurus sibi facile locum fuerit. rursus tam grave tamque scitu necessarium, tali dispositionis arte, tantaque maturitate iudicii argumentum explicat ac digerit, ut si loqueretur inquinatissime, tamen splendore sensuum illuviem verborum, et historiae non alibi narratae praestantia, labem barbarae ac balbutientis orationis posset redimere. Postremo quod mulierem eandemque in regno natam ac nutritam Operis spissi prolixique fuisse autorem constat, res est profecto eiusmodi quae scriptioni nec styli alioqui nec materiae genere tolerabili, raritate ipsa et admirabilitate scriptricis Reginae pretium apud aequos aestimatores rerum abunde magnum conciliatura videretur; ut non ferri solum et legi sed celebrari etiam atque expeti iure deberet. Et tamen: O rem miramne magis dicam an miseram! tamen ille tot nominibus ad famam atque ad celebritatem commendatus Liber, spretus, abiectus, neglectu omnium obrutus annis quingentis in situ

Digitized by Google

ac tenebris iacuit: ac cum olim tot aliae nulla huic ex parte comparandae Graecorum, ultimae, mediae, citimae vetustatis lucubrationes, vel a Venetiensibus Aldi typis, vel a Basileensibus Frobenii, vel ab aliis alibi lucem acceperint; et cum multi extiterint utraque docti lingua homines qui Latine interpretandos e Graeco libros ambitiose conquirerent, una ferme omnium Annae Alexias fuit quam sua quaedam incredibilis infelicitas prohibuerit, ne in ullum umquam Graecum Typographum, in Latinum Interpretem ullum incideret. Nam Hoeschelianorum excerptorum Augustanam emissionem illam nemo aequus opinor magis gratulandam Caesarissae putaverit quam puerperae aborsum passae infelicem eiectionem foetus monstrose mutili et mortui. Fuit tamen cum respexisse Annam melior fortuna visa est. Iacobus Cuiacius vir longe omnium ingenio, Iuris scientia, Linguarum notitia clarissimus, Alexiadis codicem nactus, legit, suspexit, praedicavit. Denique, quo nihil Annae, nihil rei litterariae consulere opportunius potuit, viro illam ornatissimo eruditissimoque commendavit Petro Fabro, a quo editionem cum interpretatione Latina coniunctam sperare ipsam oporteret. At o fallacem reconciliatae cum sorte adversa gratiae fidem! recruduit brevi atrocior quam antea fatorum in Annam rigor: nunquamque desperavimus de illa iustius quam ubi proxime spem veneramus. Subtrahitur rebus humanis re infecta Faber. Exemplar unicum Alexiadis ex eius scriniis clam aversum in nescio quod barathrum quasve latumias contruditur inexorabilis custodiae: nisi potius (quod verisimiliter alii rentur) casu quodam infesto absumptum est funditus. Hic tua quaedam, Vir Amplissime, rerum fato prudentia maior et in rem litterariam nullis deterrenda difficultatibus, nullis coercenda finibus benignitas, velut e machina Deus, adfuit. Capessis hanc curam, adhibes animum, lustrari Bibliothecas iubes, versas, inquiris, qua vales propter summam autoritatem potestate longe, prope, in nostrate, in extero solo, moliris, indagas, retegis, satagis plurima. Postquam satis constitit ni-

Digitized by Google

hil in Gallia, nihil in Germania, nihil uspiam Cisalpinarum gentium spei aut praesidii ad Annam esse, in Italiam transvolas, Romae rem curas, accersitum inde Codicem Bibliothecae Barberinae non optimum aut integerrimum illum quidem, tamen eiusmodi quo Interpres non hebes, nec plane imperitus consolari desiderium melioris posset, cum nonnulla fiducia operae navandae; allatum, inquam, ad te Roma Lutetiam eiusmodi codicem ad me Tolosam mittis. Affixis implicitusque tum eram curis toto, ut ita dicam, caelo diversis; neque iis aut numero paucis, aut genere levibus. Hinc Marcus, Lucasque, Matthaeo iam perfecto promissam reposcebant operam. Aliunde divinae litterae professorem suum iure manu consertum tenebant ne ad humanae historiae interpretationem descenderem. Denique cepta varii generis complura clausulam colophonemque flagitabant. Quid agerem? tua Mecaenas haud mollia iussa. induciis utcumque impetratis; et quasi ab urgentioribus creditorum mora solutionis exorata, totum Annae me tribui, totum impendi: et totum ita res poscebat ut nec totus sufficerem. In scriptione passim incerta exemplaris tumultuaria collatione concinnati coniectura et suspicione utendum plurimum. Lacunae divinationibus supplendae. Cavendum ne longe ornatissima Comnenae oratio nimis inaequali versioni Latinae compararetur; non minori fastidio convitioque oculorum, quam si holosericus viva purpura lucens pannus sacco cilicino aut pullo centoni assueretur. Verendum ne (quod parum vitasse aliquos querela multorum est) interpretationem Latinam facerem similem setacei cribelli, quod immissae in cerniculo farinae florem ipsum ac purum pollinem transmittit, furfures ac sordes meras retinet et exhibet. Ad haec quoniam in Caesarissae familiam nomine atque autoramento Interpretis transcribebar; tenenda vis huius officii, quod quale sit, ex muniis eiusdem generis, principalium scribarum et palatinorum commentariensium potest intelligi. Iis Reges Reginaeque uti solent ad scribendas quas quoquoversum missitant litteras,

Digitized by Google

quarum sententiam ubi verbo aut nutu indicarunt, istorum iam negotium est, pro sua cuiusque facultate, mentem subscripturi deinde Principis, ex eius dignitate reique merito quam aptissime quamque disertissime disserere. Postremo conandum ut Graeci quem exprimendum susceperam archetypi non superficiariam solum formam aut extima dumtaxat lineamenta (qualia viventium in mortuo restant cadavere) stylo utcumque assimulata redderem: verum illum insuper vigentem ac vegetantem intus, subindeque vivis ex arcano evibrationibus micantem Latinae quoque expositioni penitus inderem atque inhalarem, si possem, spiritum, velut ignem, aiunt, aetherea subductum domo luteo Prometheus operi miscuit, nihil alioqui supra massam vilem madefacti pulveris futuro. His ego tot cautionibus, tot circumspectionibus, ac destinationibus tam variis praemunitam, imo defixe intentam, atque anxie sollicitam mentem habui tota in functione demandati huius a te mihi muneris luculentissimae historiae Latinis edendae litteris. Quamquam meae me imbecillitatis conscientia nimium timere cogit, non modo ne quod sequebar non assequutus sim, verum etiam ne in alias diversi generis reprehensiones incurrerim. Scio nimirum scio, haec de qua dixi, quam profiteor, libere politeque interpretandi secta et ratio, cui quantaeque offensioni exposita sit tristium censurarum. Sunt qui nares corrugent, qui superciliose renuant quoties excurrit Latina oratio supra Graecae modum; quoties vicissim fluentem velut sinum Asiatici Syrmatis Romanae munditiae breviore succinctum nodo cogunt. Quis omnes enumeret delicias fastidiorum, quarum in censum veniunt oscitationes male feriatorum supina interdum et semisomni lectione nihil nisi ansas vellicandi captantium. *hic enimvero*, aiunt, *Graiae acumen argutiae pinguem interpretem haud pupugit.* Alias subsannant: *hui quam patulum circa orbem errat!* est ubi *flagitium!* increpent, *quod* iudicio ipsorum *strangulentur autoris sensa*, *quod mutentur aurea plumbeis*. *quod stricti sales intemperanti Latinae copiae superfusione*

Digitized by Google

liquefiant. Denique interim bilem erumpunt indignantes: *exurdato barbarie palato non sapuisse salivam Atticam.* Haec et eius generis caetera praeterquam longum, etiam nec mihi promptum, et alioqui exitu anceps fuerit velle purgando ac pro me dicendo refellere. Nunquam equidem soleo mihi nimis tribuere. quin adeo plerumque ipse mihi parum aequus sum; quippe ingenii ac facultatis quanta sit tenuitas conscius animus, iudicia reprehendentium vel excipit assensu facili, vel ultro consciscenda censura praeoccupat. nunc vero etiam plusquam alias male metuo, ne alibi vis, alibi ars, alibi felicitas satagenti licet mihi frustraque molienti defuerit. Quamobrem singula obiecta si persequar, quaedam forte sint quibus diluendis nec coronae, nec iudicibus satisfaciam, nonnulla etiam in quibus accusatori reus sponte confitens palam dem manus. Innocentiae meae tamen et fidei hoc in negotio optimae non a criminationibus magis alienis quam ab ipsius mei morositate iudicii periclitantis, ne penitus causam deseram, profitendum hic est, me nutu ac iussu tuo suscepta provincia quam minime male defungi studuisse, in eo nec tempori nec labori, nec contentioni pepercisse unquam. Successus quis tandem conatui responderit, ut producendae nequidquam multis clepsydris apologiae compendium uno verbo faciam, tui Vir Maxime, iudicii, tui arbitrii res esto. nemo erit omnium (sat scio) tam pervicax qui si minus propter amplissimum magistratum, quo iuris et aequi moderamen Tibi summum attributum est, certe propter notissimam omnibus, et ultra etiam quam Imperii fines Gallici pertinent, celebrem ac venerabilem aequitatem, doctrina varia omnisque generis sapientia coniunctam, non tuae standum definitioni putet: me quidem ipso, quocumque alea verterit, adeo nihil contra excepturo vel provocaturo, ut subscriptorem adstipulatoremque cuiuscumque sensus tui iam hinc ultro pollicear. Te fere in scribendo spectabam unice, tibi me fingebam parabamque: tibi si placui, abunde mercedis est. nam praeterquam quod laudis publicae praeiudicium, favor tantae

Digitized by Google

autoritatis certum habet: vel si probares solus damnantibus cunctis ad famae rationem fructumque animi, unus mihi tu instar millium, instar omnium merito fores. Sin vero reprehendis, non continuo lusisse me operam aut plane votis excidisse iudicabo. Ab irretorta mentis vi, ab aquilina intelligentiae illa tuae acie, cui fucum nullus color facere, nulla se probare mendax gratia, nulla placere nisi viva nativaque pulchritudo potest, ad indulgentissimam clementiam benignissimae humanissimaeque voluntatis me recipiam; ibique asylo tutus certissimo spem in sinu dulcem alam, fore ut venia consoleris quod remunerari laudè minus potes; et trans vitia ineruditae manus, benevoli pectoris officio agnito nec spreto, quodcumque hoc est quamvis illepidi munusculi, monumentum aeternum esse patiaris eius observantiae ac venerationis qua te summa verissimaque prosequitur,

ILLUSTRISS. AMPLITUDINI TUAE,

Scribebam Tolosae III. *Kalend.*
Quintiles anno CIↃIↃCXLIX.

Deditissimus Petrus Possinus
e Societate Iesu.

L E C T O R I.

Nec miror nec aemulor mature disertos illos qui libros in librorum principiis faciunt, et inexhausta loquacitate Prooemiorum sedulo id agunt, ut oculi legenti doleant priusquam is primum Operis versum viderit. Ego tibi, Lector, *quominus statim fruaris tamdiu optato Byzantinae Caesarissae colloquio, moram unam obiicio (nam Glossarium Annaeum,*

Digitized by Google

transvoles licet: non enim ante omnia perlegendum; sed in tempore consulendum seponitur) moram, inquam necessariam interpono unicam, Praefatiunculae paucis complexurae; quo casu, quove statu Alexias Annae Comnenae meas in manus venerit; qua spe quave conditione in tuas transeat.

Iam tum ab adolescentia, quam mihi transigere Tolosae contigit, ingenti desiderio flagravi Alexiados Annae Comnenae explicandae Latinis litteris, et luce publica donandae. Alebat id votum lactabatque blanda spe sedes illa ipsa studiorum: quod in qua vivebam litterisque operabar civitas unicum eius operis antiquissimum et integerrimum exemplar habere dicebatur. Egi ergo, sategi, per me, per amicos movi multa, quo istius mihi copia fieret codicis. a nobilissima clarissimaque Fabrorum Saniorianorum familia in Musaeum τοῦ μακαρίτου eruditissimi Petri Fabri humanissime admissus, versatis illic otiosissime curiosissimeque cunctis multum frustra bibi pulverem. Indagavi etiam omnibusque vestigiis odoratus sum ecquam in urbis aliam rara et peregrina haec avis evolasset domum. non plus profeci quam Cadmus cum Europam quaereret. Atque hic praedicandae locus est officiosissimae benignitatis Illustrissimi D. Caroli de Montchal Archiepiscopi Tolosani, qui pro caetera humanitate qua studia semper mea prosecutus est, tunc etiam non indignum celsitudine sua credidit in istam mecum curam descendere; et autoritatis interpositione suae tantae huius effectum voti mihi conficere conari. Elusit tamen indagationes, petitiones, machinationes omnes vel nescio quis casus alius, vel obstinatissima iniquitas eorum, qui captivam illustrem aeternis detinere tenebris cum incommodo et gemitu Orbis totius deliberatissimum habent. Multi deinde anni mihi alia cogitanti omnia et Alexiados iam plane oblito fluxerant, cum vir honoris causa nominandus Petrus Seguerius Cancellarius Franciae, qui amplissimae dignitati parem Religionis, Iustitiae, virtutisque omnis; tum vero etiam eloquentiae et eruditionis excellentiam adiunxit, animadvertens a collectione Historiae Byzantinae quam Typis edi Regiis iusserat, Alexiadem Annae Co-

Digitized by Google

mnenae non tolerabilius abesse posse quam ver ab anno, egit Romae per litteras et certos homines cum Eminentissimo Cardinali Francisco Barberino, Principe iuvandis litteris nato, ut si quem locupletissima sua librorum veterum et rarissimorum penu Annae Comnenae codicem haberet, eius copiam ad editionem Praelis Regiis ne commodare gravaretur. Misit is statim librum in charta scriptum non antiqua manu, nec integrum: sed Lucae Holstenii viri doctissimi Barberinae Bibliothecae curatoris diligentia solers fecerat, ut usui esse pene pro integro posset. Is codicem hunc multis locis mutilum cum alio pervetusto in membranis, imperfecto et ipso lacunisque deformato, quem ante hos paucos menses in Bibliotheca Medicea Florentiae vidi, accuratissime contuleral: ac quia non fere iisdem locis ambo exempla deficiebant, unius hiatibus ex altero explendis, non exiguo nec parum nobis praedicando labore suo proxime integritatem perduxerat Barberinum codicem; quem Illustrissimus Cancellarius ad se Roma perlatum, cui vertendum Latine traderet, non diu quaesiit. Magnarum est et regendis terris a coelo paratarum mentium, nihil quamvis obscurum atque humile nescire. Igitur mei quoque nominis quadam usque ad istum apicem forte appulsa mentione; cum praeterea memoraretur me operam olim aliquam in quaerendo posuisse Tolosano Fabri Codice; voluntatemque ostendisse Alexiados interpretandae, negotium statim datum est honesto in primis viro Sebastiano Cramoisy Officinis Typographiae Regiae Praefecto, mittendi quamprimum ad me recens allati Roma Codicis: quod ille fide summa, mora nulla praestitit, adiunctis litteris quibus significabat, gratum me, Amplissimo Cancellario facturum, si, quod primum suppeteret otium, in versionem Alexiadis conferrem. Eram ego tum haud parum diversis sacrarum litterarum studiis immersus: primusque ille ac iuvenilis ardor operae navandae in Graecis interpretandis, et tempore ipso consenuerat, et experientia molestiae nequaquam pari fructu compensatae quae pertricoso isti negotio inest, refrixerat sane plurimum. Tamen reverentia venerandi nominis instinctus, sublatis repente

Digitized by Google

ac sepositis quae in manibus erant cunctis, totus ad exhauriendum tantae autoritatis mandatum incubui. Ac principio sic constitueram: duo esse praecipua in quibus elaborare me oporteret. nam et faciendum esse, ut Graecum exemplar quam emendatissimum exiret, tum annitendum postea, ut quae ex eo exprimeretur Latina versio, veram Autoris sententiam rectissime assequeretur, planissimeque redderet. Quarum rerum cum is ordo comparatus natura sit, ut illam huic praeverti sit opus, appellenti mihi ad priorem animum, experientique operam, gravis ecce primo difficultatis oborta species, paulo etiam post desperationem iniecit cepti perpetrandi. Codex qui ad manum erat unicus tumultuarie, ut dixi, ex duobus mutilis congestus consutusque passim incertae, palamque interim mendosae lectionis vocibus scatebat; lacunis ad haec hiabat toto sparsis Operis corpore, cuius caput ipsum, hoc est elegantissima et libro dignissima Praefatio Annae desiderabatur tota; quam ex Augustanis Excerptis, prout licuit, supplevimus. Clausula porro Historiae, postrema scilicet quintidecimi pars libri, creberrimis fatiscens rimis, pertusi passim vetusta carie centonis, aut collabascentis ruinosaeque maceriae speciem habet. Quid hic auderem speraremve? Aggrederer ad emendationem archetypi contextus? quam non nisi coniecturis et divinationibus, tam multae contentionis, quam nullius autoritatis, in exemplarium defectu meliorum, repraesentare me putarem posse? An desponderem continuo animum, editionisque consilium abiicerem? ac cum Davidi Hoeschelio sua viros apud doctos gratia constiterit, quod is non dubitasset mendosa incredibiliter et lacera Historiae Annae fragmenta, pauca, temere coacervata, praefixo Alexiadis titulo edere; Ego totos quindecim eius Operis libros nactus, propter nescio quos naevos magis interpellaturos in lectore sensum elegantiae, quam rerum cognitioni gestarum, aut Historiae integritati subtracturos quidquam, publicis invidendos desideriis et aeternarum rursus addicendos tenebrarum ergastulo censerem? Neutrum opinor quisquam aequus eruditusve suasisset; ne probasset quidem. Illa igitur mihi

Digitized by Google

sententia necessario reliqua facta est, qua decernerem: contextum quidem Graecum plane intactum relinquere: ne manifestis quidem solicitandis mendis, quamdiu verae lectionis fundum non haberem maioris antiquitatis et autoritatis codicem. totam vero industriam in elaboratione Latinae versionis expromere, qua, iudicio, si quod esset, ac diligentia in subsidiorum deficientium locum subrogandis, explendis hiatibus, corrigendis ex coniectura vitiosis locis, modis denique omnibus assequi conarer, ut nitor primigenius Operi pulcherrimo, quoad per quinque saeculorum squalorem, et exitiabiles infestissimorum omnis generis casuum iniurias liceret, hodierna editione redderetur. En quid voluerim, quo studium et conatum intenderim. Nam reipsa quid perfecerim, non meae professionis, tuae, Lector, sententiae definitio est. Cuius ut non eblandiri gratia favorem; ita nec deprecari abiecta demissione severitatem: multo autem minus contumaci pervicacia refragari censurae velim. utere ut libet iure atque arbitrio quod tibi ego, vel si non per se suppeteret, ultro largirer, probandi reprehendendique quod dignum duxeris. Paratum ecce me in utrumvis habes; et quocumque alea verterit, proviso receptu quieturum. Gratificari publico volui, servire amicis, obsequi viris magnis: voluntate ac fide optima in negotio versatus sum. Hic semper, utcumque alia ceciderint, conscientiam sustentabit fructus. Peto tamen, id quod aequitatis est tuae, ne praecipites atram calculum ad quamvis se primum offerentem speciem culpae. Fere non primas; ac ne secundas quidem saepe, quas vulgo laudant, cogitationes chartae illevi. at nonnumquam quartas quintasve. Fieri potest ut quod tibi primum advertenti animum in mentem venerit, ne me quidem ipsum fugerit: caeterum ego illud alteri nondum tibi animadverso posthabuerim; te paria facturo si ibi esses, probaturo quin etiam ubi cognoveris. Cognoscere autem poteris quaedam quidem e Glossario, longe plura e Notis; quorum illud nunc damus; has retinere adhuc cogimur, paulo post cum tibi grato publiceque utili auctario reddendas. Quando nimirum Annae nostrae, quam modo

Digitized by Google

solam emittimus sua unius ornatam maiestate, Comitatum addemus proprium, iusto brevi edendo volumine, quo Caesarissae primum vita ipsius e veteribus collecta monumentis exhibebitur. Alexii deinde Augusti Panegyricus, ipsi coram a Theophylacto dictus, Alexiadis totius elegans compendium, addetur. Subiicietur abacus Chronologicus certo digerens ordine res omnes quindecim Alexiados libris expositas. Postremo iidem ipsi libri quindecim, partim universi recensebuntur ope Codicis optimi, cuius recentissime nobis inopinata ostentata spes est: partim in locis obscurioribus, collatione aliorum Scriptorum, et caetera eius generis accuratione, pro captus ac tenuitatis nostrae modulo illustrabuntur.

Digitized by Google

DAVIDIS HOESCHELII
DEDICATIO ET PRAEFATIO.

VIRIS NOBILIBUS ET ILLUSTRIBUS

MARCO VELSERO, sacrae Caes. M. a Consiliis, IOANNI IACOBO REMBOLDO, Aug. Vindel. II. viris Praefect. VII. virumque Collegio, Dominis ac Patronis pl. observandis S. P.

Quod Democritus Abderites optandum censuit, eae ut imagines hominum sive oculis sive animis obversarentur, quae virtutis et commodi potius alicuius, quam vitii atque incommodi administrae ipsis essent: in eo ridiculum et superstitiosum illum fuisse, non iniuria dicas. Ad vitae enim rationem quamcunque laudabiliter ineundam, nihil nobis opus est τῇ κατ' εἴδωλον φαντασίᾳ Democritica, quum exempla ante oculos viva quotidie versentur, ex iucundissima etiam historiarum lectione quam plurima peti possint: unde quid decorum, quid indecorum, quid honori atque emolumento, quid ignominiae ac detrimento futurum, perspiciatur.

φεῦ, φεῦ, τί τούτου χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις;

πρὸς ἐπανόρθωσιν ἠθῶν ἐνεργότερον; ut philosophus Chaeronensis pulchre asseverat. Ne abeamus longius, vel in his Alexiados VIII. libris, modo in lucem quos edimus, quot occurrunt virtutis, quot vitiorum exempla! Hos autem, viri nobilissimi, A. V. cur dedicem, satis causae vel hoc esse arbitror, quod ab annis quinquaginta illorum editio aliunde expectata fuit frustra, a doctis non semel expetita: nunc e vestra Bibliotheca eruti illi, iuris publici fiunt. In quibus

Digitized by Google

partim menda librarii tollendo, partim lacunas explendo, nonnusquam etiam Notis quaedam illustrando, quantum ingenii tenuitas est passa, temporisque angustia, si quod operae pretium candide iudicaturis videbor fecisse, laboris non absque magni viri autoritate suscepti minus me poenitebit; et ad alios scriptores vel integrius atque emendatius, vel etiam novos ex eadem vestra illust. Bibl. publicandos facilius invitabor. Deus Opt. M. A. V. cuius auspicio et liberalitate laboribus id genus vacare possum, florentem atque incolumem quam diutissime conservet.

Augustae Vind. pridie Non.
Septembr. A. S. N. MDCX.

A. V. O.

David Hoeschelius. A.

AD LECTOREM.

Ex quindecim Annae Comnenae Porphyrogennetae Alexiadis libris, quos illustrium Bibliothecarum Catalogi dudum iactant, octo hic damus perpetuo fere lacunatos: quot et quales nimirum ex Augustano autographo repraesentare licuit. Satius enim visum rem litterariam nobis hunc semissem nunc quidem debere, quam toto aeternum carere. Integriorum et meliorum exemplarium domini, utinam invidiam non ferant, et luminibus nostris quamprimum obstruant. Praestantissimum Fabrum Regium Tolosae senatorem nominatim appellamus, apud quem magni Cuiacii codicem exstare aiunt.

Porro Annae fidei periculum in me non recipio, memini apud Vopiscum legere, neminem scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum: *cum contentionibus incaluere animi, difficile veritatem recto oculo tuentur, et vix est quin aliquid patriae et propinquis, inter quos pater primo loco, concedant, si praesertim foeminae manus calamum ducat. Hic est foedissimorum convitiorum fons, quibus Anna interdum muliebriter in Latinos, Pontificem, alios-*

que Principes indulget. Cordatus lector historiam suis momentis, non Auctorum affectibus ponderet: Tacitum et Suetonium adversus Christum et Christianos iniurios, manibus tamen excuti non patimur. Quo ordine apud posteriores Graecos Romani omnes, scimus; Anna praeterea proprias se odii causas habere existimabat, quod Gregorius Pontifex acerrimum Alexii hostem Robertum Guiscardum, patrem Boemundi, quem illa etiam mirifice insectatur et exagitat, in amicitiam receperat. Bertoldus Constantiensis anno 1084. *haec habet.* His temporibus Constantinopolitanus maximam pecuniam Heinrico quondam Regi transmisit, ut Ruodbertum Wiscardum, ducem Calabriae et Apuliae, coniuratum militem domini Papae, in ultionem eiusdem Regis bello appeteret. Nam Ruodbertus iam dudum fines Constantinopolitanorum invasit, iterumque illud expeditionem movere disposuit: sed Heinricus acceptam pecuniam, non in procinctum contra Ruodbertum, quod iuramento promisit, sed ad conciliandum sibi vulgus Romanorum impendit. *Cum Urbano deinde Pontifice Alexius in gratiam rediit anno* 1089. *ut idem Bertoldus habet.* Dominus Papa Constantinopolitanum ab excommunicatione per legatos suos absolvit. *Quin ex Casinensi chron.* 4. c. 48. *colligimus, eum postmodum Occidentis Imperium a Paschali Pont. sperare ausum.* Alexius imperator strenuissimos ex suo imperio viros Romam cum suis litteris misit, quibus se iniuriam ab Imperatore illatam Pontifici atque Romanis, dolenter audisse significans, agebat postmodum gratias, eosque laudabat quod viriliter illi obstitissent. Atque ob id, si illorum animos paratos promptosque sensisset (ut sibi iam dudum nunciatum fuerat) velle vel se, vel Ioannem suum, iuxta morem priscorum fidelium Imperatorum, a summo Pontifice Romae coronam Imperii sumere. *Verum eo redeamus; ut Annae fidem in iis, quae contra nostros scripta reliquit, praestare non lubet, ita et eorum, quae nostri adversus Alexium pleno horreo remensi sunt, auctoritatem defugimus*[1]*: nam largiter hanc Comnenae retulere gratiam, quod sequentia aliquot loca docebunt, longum visum omnia exscribere.*

Digitized by Google

LATINORUM ALIQUOT DE ALEXIO COMNENO TESTIMONIA.

Guilielmus Tyrius de bello sacro Lib. II. Cap. V. Praeerat autem per id tempus Graecorum Imperio vir nequam et subdolus, Alexius nomine, cognomine Comutio (*Comnenus*) dictus. Qui cum esset in imperiali palatio a domino Nicephoro, cognomento Bothomath (*Botaniate*) qui tunc in sceptris agens principabatur, plurimum honoratus, et Megadomestici dignitate (quem nos maiorem Senescallum appellare consuevimus) fungeretur officio, ab Imperatore secundus, contra dominum et benefactorem suum malitiose recalcitrans, quinto vel sexto anno antequam populus noster accederet, depulso domino imperium invaserat, et retinere praesumebat quod violenter occupaverat. Cap. x. Dum vero haec in castris aguntur, ecce domino Boamundi nuncius praesens ante Ducem astitit, praedicti Principis litteras deferens in haec verba: Noveris virorum optime, quod tibi contra feram pessimam et cum homine nequam (*Alexio*) incumbit negotium: cuius propositum est semper fallere, et omnem Latinorum nationem usque ad mortem modis omnibus persequi: et quod de eo recte sentiam, tuo aliquando approbabitur iudicio, novi enim Graecorum malitiam, et odium adversus Latinorum nomen pertinax et obstinatum. Cap. xiii. Veruntamen sicut vir erat (*Alexius*) subdolus, potens simulare et dissimulare propositum, missis quibusdam nobilibus ex suis domesticis ad eundem virum egregium, verbis pacificis ei locutus est in dolo, tentans si quoquo modo eum posset decipere. Cap. xiv. Hic demum plenius innotuit, quod quicquid eis Imperator (*Alexius*) loquebatur, fraus erat et circumventio. Cap. xix. Quodque Principibus liberaliter contulerat (*Alexius*) nec liberalitatis erat nec gratiae, sed timoris desperati, et fraudulentae versutiae. Nostris autem in simplicitate spiritus et sincera fide incedentibus, vix persuaderi poterat Graeco-

Digitized by Google

rum malitia, et nequam illorum Principis fraus et circumventio pertinax, maxime cum erga eos tanta liberalitate et simulata gratia redundaret. Cap. xx. Sicque quotidie magis et magis Graecorum dolus, et fraus Imperatoris (*Alexii*) detegebatur, ita ut iam nemo esset de Principibus cui non esset manifestum, et luce meridiana clarius, quanto odio prosequebatur populum nostrum, et omne genus Latinorum haberet invisum. Cap. xxi. Quidquid autem loquebatur (*Alexius*) dolus erat et circumventio. Lib. vii. Cap. xx. Fraudes enim Imperatoris (*Alexii*) et eius versutia, quas saepius experti fuerunt, declinare iudicabant commodius, ne eius labyrinthis et ambagibus iterum se involverent, a quibus non satis facile postmodum possent expediri. Lib. x. Cap. xii. At vero idem (*Alexius*) Imperator, vetusto Graecorum more nostrorum successibus invidens, quamvis eos, ut praediximus, apud se satis benigne habuisset, occulte inde per internuncios frequentes in eorum perniciem hostes solicitabat, et ab eorum adventu crebris epistolis et nunciorum discursibus reddebat instructiores, eos praemonens, ne tantum populum suo periculo libere transire patiantur. Vicem scorpionis agens, qui cum non sit in facie quod formides, prudenter feceris si caudae posterioris declinare poteris maleficium. Lib. xii. Cap. v. Per idem tempus (*anno* 1118.) Constantinopolitanus Imperator Alexius, Latinorum maximus persecutor, rebus humanis exemptus est.

Robertus monachus de Christianorum principum profectione in Syriam Lib. II. Subdolus itaque Imperator (*Alexius*) videns crescere castra Dei, et de die in diem augmentari, inops animi, expers sensus, pauper consilii, ira vehementi coepit anxiari. Mens enim fraude plena semper anxiatur et est solicita, et quod machinatur alteri pertimescit sibi semper machinari. In mente Imperatoris semper mansit fraudulenta fictio. Quidquid iuravit totum exinanivit, quia periurii noxam incurrere maluit, quam gentem Francorum a suis finibus non elongari.

Conradus abbas Urspergensis chron. anno mci. Ecce subito murmur exoritur, invisum Imperatorem (*Alexium*) Turcorum potius quam Christianorum parti fa-

Digitized by Google

vere, exploratisque quae circa nos erant, frequentibus illos contra nos nunciis animare. Hic est inquiunt, perfidus ille Alexius, qui domino suo Nicephoro, per quorundam Alamannorum conductitiorum auxilium depulso, Imperium eius usurpavit, ipsosque sui sceleris cooperatores, exilio damnatos necari fecit: nuncque se tanti dixit facere Francos cum Turcis praeliantes, quanti canes se invicem mordentes. Cum autem navigia quisquam conducere tentaret, audivit Caesarem insidias peregrinis etiam in mari posuisse, multasque dudum eodem facinore naves eum submersisse. Quapropter omnes eum maledicebant et anathematizabant, omnes illum linguae non Imperatorem, sed traditorem appellabant. Anno 1106. invidus et occultus eatenus Ecclesiae persecutor Alexius, diu tectam suae perfidiae toxicatam rabiem evaginat: Turcis, quibus iam nulla vel rara in Oriente regnandi spes remanserat, se tutissime conciliat, et o turpissimum facinus! Nicaeam, quam olim fidei nostrae turrim, dudumque multo Christianorum sanguine comparatam praescripsimus, Solimanni tyranni filiis reddidit: custodias ad prohibendum transitum peregrinis terra marique constituit. Cuius classes contra Antiochenos directas, ipsi bello ceperunt, et in confusionem Alexii., nasis atque pollicibus omnibus abscissis, unam de scaphis inde onerantes, huiusmodi pulmentum eidem reo multorum millium homicidae, transmiserunt. Albertus Stadensis *eadem fere ad verbum habet.* Otto Frisingensis Chronic. Lib. VII. Cap. X. Alexius Imperator perfidissimus, iamdiu conceptam corde malitiam celare amplius non valens, cum Turcis, qui iam paene desperati erant, turpissime foederatur, eisque Nicaeam, multo nostrorum sanguine acquisitam, impiissime tradidit.

Gotfridus Viterbiensis Chronic. parte xviii. Constantinopolim pervenerunt, ubi multum dolum et impedimentum a Rege Alexio perpessi. Tunc Alexius rex Constantinopolitanus, Christianae prosperitatis adversarius, Turcos in desperationem iam positos, in amicitiam suam confoederavit, eisque turrim Nicaeam, Christianorum sanguine conquisitam, concessit. Matthaeus Paris in historia maiori anno mxcvi. Alexius autem Imperator Graecorum,

Digitized by Google

vir nequam et subdolus, cum esset in palatio Nicephori decessoris sui summus, et princeps militiae, contra dominum suum malitiose recalcitrans, quinto vel sexto ante hanc expeditionem anno, domino depulso imperium invaserat, et invasum nequiter detinebat. Hic semper propositum habens fallendi, saepe cum peregrinis verba pacifica loquebatur in dolo, suspectam iugiter habens multitudinem cruce signatorum, et militiae probitatem. Unde si quandoque nocere cessavit, non hoc virtutis extitit, sed timoris. Anno MCIII. Tunc Imperator Alexius, et proditor nequissimus, nostrorum invidens successibus, Turcis infidelibus, per quorum terras peregrini transituri erant, crebras transmisit epistolas, exhortans attentius, ne tantum Christianorum populum libere transire in suam perniciem paterentur.

Matthaei Westmonasteriensis flores Histor. anno MXCV. Alexius tunc temporis Graecis imperabat, vir quidem subdolus, et nostratibus semper parans cum insidiis nocumentum.

Atque haec de Alexii moribus vulgo apud Latinos opinio obtinuit: unus quem ego legerim Albertus Canonicus Aquensis, *a Reineccio titulo chronici Hierosolymitani, sine auctoris nomine editus, commodius de illo non uno loco sensit. sic ut alicubi eius apolegetem fere ex professo egerit,* Lib. viii. Cap. xlvi. Fecit enim fama in populo Catholico, quod ipsius Imperatoris (*Alexii*) occultis et perfidis consiliis, a comite Reymundo et militibus Turcopolis, deductus sit exercitus Longobardorum per deserta et invia et solitudines Flaganiae, ut illic a Turcis facile prae fame et siti exhaustus, superatus occideretur. Verum ut a veridicis et nobilibus viris relatum est, nequaquam hoc nefando scelere culpandus erat. Nam saepius exercitum praemonuit, et edocuit solitudines et defectiones, et Turcorum insidias in inviis Flaganiae, et ideo eos non secure et tutos per hanc viam posse incedere. Cap. xlvii. Imperator (*Alexius*) universam petitionem Regis, cum muneribus sibi praesentatis, in bono accepit, et de omni suspicione necis Longobardorum, quam adversus eum Christiani habebant, iusiurandum in Dei nomine faciens, se excusavit, promittens se deinde omnibus misericordem

Digitized by Google

fieri, Regem Baldewinum se velle honorare et amare. In eadem legatione ab imperatore decretum est, ut Episcopus de Barcinona eum apud Romanum Pont. Paschalem, de traditione sibi imposita excusaret. *Sed praevaluisse suspiciones, ex sequentibus apparet.* Cap. xlviii. Engelradus autem miles quidam in Ierusalem repertus, muneribus magnis ab Imperatore honoratus, bona nuncia reportavit, et amicitiam et fidem Regi Baldewino Imperatorem velle observare, et peregrinos non ultra offendere. Sed Episcopus aliquantulum renisus est Imperatori, propter infidelitatem erga Gallos, quam ab eo extorsit. Quapropter in amaritudine animi Romam tendens, ipsum Imperatorem criminatus est in ecclesia Beneventana, et ideo assumptis litteris ipsius Apostolici, querimonia gravis apud omnes Principes Galliae super ipso Imperatore facta est.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΣ.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΣΥΝΤΑΓΜΑ

ΣΥΝ ΘΕΩι

ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΝΑΚΤΑ ΚΥΡΟΝ ΑΛΕΞΙΟΝ ΤΟΝ ΚΟΜΝΗΝΟΝ

ΠΟΝΗΘΕΝ ΠΑΡΑ ΤΗΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΑΥΤΟΥ ΚΥΡΙΑΣ

ΑΝΝΗΣ

ΤΗΣ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ,

Ο ΚΑΙ ΕΚΛΗΘΗ ΑΛΕΞΙΑΣ ΠΑΡ' ΑΥΤΗΣ. *)

SYNTAGMA

DEO IUVANTE

RERUM AB IMPERATORE ALEXIO COMNENO GESTARUM,

AB EIUSDEM FILIA ANNA PORPHYROGENITA PRINCIPE

FACTUM ET ALEXIAS INSCRIPTUM.

---

1. Ῥέων ὁ χρόνος ἀκάθεκτα καὶ ἀεί τι κινούμενος παρασύρει καὶ παραφέρει πάντα τὰ ἐν γενέσει καὶ ἐς βαθὺ ἀφανείας καταποντοῖ, ὅπου μὲν οὐκ ἄξια . . . . . πράγματα, ὅπου Par. 1 Ven. 1

*) Hunc titulum habet A, quo omisso, Possinus novum sibi finxit inscripsitque ΠΡΟΛΟΓΟΣ. 2. τὰ add. Fr. ἐς βυθὸν ἀπωλείας Fr. 3. ἄξια λι^θιου A, unde Hoeschel. coni. λίθου, ego λόγου. Fr. ὅσα μὲν οὐκ ἄξια μνήμης, ὅσα δὲ καὶ ἄξια καὶ τά τε. vid. annotat.

1. Tempus praecipiti et assiduo cursu fluens fert agitque secum omnia quae fiunt, et in profundum oblivionis immergit, modo levia, modo magna et memorabilia, in lucem, ut in tragoedia est,

Digitized by Google

δὲ μεγάλα τε καὶ ἄξια μνήμης, καὶ τά τε ἄδηλα φύων κατὰ τὴν τραγῳδίαν καὶ τὰ φανέντα κρυπτόμενος. ἀλλ' ὅ γε λόγος τῆς ἱστορίας ἔρυμα καρτερώτατον γίνεται τῷ τοῦ χρόνου ῥεύματι καὶ ἵστησι τρόπον τινὰ τὴν ἀκάθεκτον τούτου ῥοήν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γενόμενα πάντα, ὁπόσα ὑπερείληφε, ξυνέχει καὶ περισφίγγει καὶ οὐκ ἐᾷ διολισθαίνειν εἰς λήθης βυθούς. ταῦτα δὲ διεγνωκυῖα ἐγὼ Ἄννα, θυγάτηρ μὲν τῶν βασιλέων Ἀλεξίου καὶ Εἰρήνης, πορφύρας τιθήνημά τε καὶ γέννημα, οὐ γραμμάτων οὐκ ἄμοιρος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἑλληνίζειν ἐς ἄκρον ἐσπουδακυῖα, καὶ ῥητορικῆς οὐκ ἀμελετήτως ἔχουσα καὶ τὰς Ἀριστοτελικὰς τέχνας εὖ ἀναλεξαμένη καὶ τοὺς Πλάτωνος διαλόγους, καὶ τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς τετρακτύος τῶν μαθημάτων πυκάσασα, (δεῖ γὰρ ἐξορχεῖσθαι ταῦτα, καὶ οὐ περιαυτολογία τὸ πρᾶγμα, ὅσα ἡ φύσις καὶ ἡ περὶ τὰς ἐπιστήμας σπουδὴ δέδωκε, καὶ ὁ θεὸς ἄνωθεν ἐπεβράβευσε, καὶ ὁ καιρὸς συνεισήνεγκε,) βούλομαι διὰ τῆσδέ μου τῆς
P. 2 γραφῆς τὰς πράξεις ἀφηγήσασθαι τοὐμοῦ πατρός, οὐκ ἀξίας σιγῇ παραδοθῆναι, οὐδὲ τῷ ῥεύματι τοῦ χρόνου παρασυρῆναι καθάπερ εἰς πέλαγος ἀμνημοσύνης, ὅσας τε τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένος κατεπράξατο καὶ ὅσας πρὸ τοῦ διαδήματος ἔδρασεν, ἑτέροις βασιλεῦσιν ὑπηρετούμενος.

2. ἀποκρυπτόμενος Fr. 6. ξυνέχει Fr., ξυνάχει A, unde Hoeschel. ξυνάγει dedit. 7. δὲ add. Fr. τῶν add. Fr. 9. οὐ add. Fr. 11. καὶ τοὺς Πλάτωνος διαλόγους om. Fr. 13. καίπερ ταυτολογία A, Hoeschel. coni. εἰ καὶ περιαυτολογία, Iacobs. ad Achill. Tat. p. 710 κἂν περιαυτολογία. quod ego dedi, habet Fr.

protrahens occulta et illustria tenebris obruens. sed rerum gestarum narratio, velut moles firmissima temporis torrenti opposita, inhibet quodammodo praecipitem eius lapsum, ac quaecunque gesta sunt, quorum quidem memoriam accepit, retinet servatque nec oblivione deleri sinit. haec cum reputassem ego Anna, imperatorum Alexii et Irenes filia, in purpura nata et educata, quae non solum non expers sum litterarum, verum etiam perfectae graeci sermonis facultati studui, nec rhetoricas exercitationes neglexi, et Aristotelis artes Platonisque dialogos diligenter legi, ac mentem disciplinarum quadrivio excolui, (res enim poscit, nec gloriandi causa facio, ut palam ea commemorem, quae vel ingenio et litterarum studio debeo, vel divinitus accepi, vel rerum opportunitate nacta sum,) decrevi res a patre meo gestas, quae sane non merentur, ut silentio damnatae temporis flumine in oblivionis velut mare ferantur, hisce libris exponere, tum quas imperium adeptus peregit, tum quas ante principatum aliorum imperatorum auspiciis gessit.

Digitized by Google

2. *Ταύτας δὲ λέξουσα ἔρχομαι, οὐχ ὡς ἐπίδειξίν τινα τῆς περὶ λόγους ποιουμένη ἀσκήσεως, ἀλλ' ὡς ἂν μὴ πρᾶγμα τηλικοῦτο τοῖς ἔπειτα γενησομένοις καταλειφθείη ἀμάρτυρον· ἐπεὶ καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἔργων, εἰ μή πως ἄρα διὰ τῶν λόγων φυλαχθείη καὶ τῇ μνήμῃ παραδοθείη, τῷ τῆς σιωπῆς ἀποσβέννυται σκότῳ. ἦν γὰρ ὁ ἐμὸς πατήρ, ὡς αὐτὰ τὰ πράγματα ἔδειξεν, ἐπιστάμενος ἄρχειν καὶ ὑπείκειν, ἐς ὅσον χρή, τοῖς ἄρχουσιν. ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκείνου πράξεις προελομένη συγγράφειν, δέδοικα τὸ ὑφορμοῦν τε καὶ ὑποτρέχον, μή ποτε λογίσαιτό τις τὰ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς συγγράφουσαν τὰ ἑαυτῆς ἐπαινεῖν, καὶ ψεῦδος ἅπαν δόξῃ τὸ τῆς ἱστορίας πρᾶγμα καὶ ἐγκώμιον ἄντικρυς, εἴ τι τῶν ἐκείνου θαυμάζοιμι· εἰ δέ που αὐτὸς ἐνέγκοι καὶ τὸ πρᾶγμα βιάζοιτο, ὥστε καθάπτεσθαί τι καὶ τῶν ἐκείνου, οὐ δι' ἐκεῖνον, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν, δέδοικα πάλιν τοὺς φιλοσκώμμονας, μή μοι τὸν τοῦ Νῶε Χὰμ ἐπενέγκοιεν ἐποζ.. αλμι... ἅπαντες πρὸς ἅπαντα, καὶ οὐ καθορῶντες τὸ καλῶς ἔχον ὑπὸ βασκανίας καὶ φθόνου, καὶ τὸν ἀναίτιον καθ' Ὅμηρον αἰτιόωνται. ὅταν γάρ τις τὸ τῆς ἱστορίας ἦθος ἀναλαμβάνῃ, ἐπι- P. 3 λαθέσθαι χρὴ εὐνοίας καὶ μίσους καὶ πολλάκις κοσμεῖν τοὺς*

1. λε . . . σα A, λέξουσα suppl. Crusius, λέξασα male Hoeschel. 15. ἐκεῖν . . . . . διὰ τὴν A, suppl. Hoeschel. 17. Ita A, non αλμοι ut Hoeschel. edidit. fortasse leg. ἐποφθαλμιάσαντες πρὸς ἅπαντα. 18. ἅπαντα A, non ἅπαντας, ut apud Hoeschel. ἔχον . . . . . νίας καὶ φθόνου A, suppl. Hoeschel. 20. γὰρ εἰς τὸ A, em. Hoeschel. totus locus ὅταν — ἐγὼ δὲ desumtus est ad verbum e Polyb. I, 14.

2. Haec autem non eo consilio scriptura sum, ut eruditionis meae specimen aliquod edam, sed ne tantarum rerum memoria posteri careant, cum vel maxima facinora, nisi litteris tradita memoriae commendentur, in silentium tenebrasque abeant. erat enim pater meus, ut ex rebus ipsis apparuit, et imperandi peritus et imperantibus, quatenus fas est, obsequendi. sed cum facta illius enarranda mihi sumserim, offensionem reprehensionemque vereor: ne quis forte patris res enarrantem domesticae me gloriae servire putet, ac historiam plane pro commento habeat et manifesta laudatione, si quid ab eo gestum admirata fuero. sin autem ipse adegerit resque postulaverit, ut reprehenderem nonnihil, non illius quidem causa, sed ob rerum indolem, rursus vereor, ne maledici in me Chami, Noe filii, exemplum impingant, invidia quidvis insectantes, nec quid deceat prae livore obtrectandique libidine animadvertentes, etiam culpae expertem, ut Homerus ait, culpent. etenim qui histo-

Digitized by Google

ἐχθροὺς τοῖς μεγίστοις ἐπαίνοις, ὅταν αἱ πράξεις ἀπαιτῶσι τοῦτο, πολλάκις δὲ ἐλέγχειν τοὺς ἀναγκαιοτάτους, ὅταν αἱ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἁμαρτίαι τοῦθ' ὑποδεικνύωσι. διόπερ
V. 2 οὔτε τῶν φίλων καθάπτεσθαι, οὔτε τοὺς ἐχθροὺς ἐπαινεῖν ὀκνητέον. ἐγὼ δὲ καὶ τούτους κἀκείνους, καὶ τοὺς πληττομένους ὑφ' ἡμῶν καὶ τοὺς ἀποδεχομένους ἡμᾶς, παραμυθησαίμην ἂν ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν καὶ τῶν ἑωρακότων τὰ πράγματα, αὐτούς τε καὶ τὰ πράγματα μαρτυραμένη. ἐνίων γὰρ τῶν νῦν ὄντων ἀνθρώπων οἱ μὲν πατέρες, οἱ δὲ πάπποι ἐγένοντο οἱ τούτων συνίστορες.

3. Μάλιστα δὲ εἰς τὴν ἱστορίαν ἐλήλυθα τῶν τοῦ πατρὸς πράξεων ἐκ τοιᾶσδε αἰτίας. ἐμοὶ ἀνὴρ ἐγένετο κατὰ νόμους συναφθεὶς ὁ Καῖσαρ Νικηφόρος, εἰς τὴν τῶν Βρυεννίων σειρὰν ἀναγόμενος, ἀνὴρ καὶ κάλλους ὑπερβολῇ καὶ συνέσεως ἀκρότητι καὶ λόγων ἀκριβείᾳ μακρῷ τοὺς κατ' αὐτὸν ὑπερβάλλων. θαῦμα γὰρ ἦν ἄντικρυς καὶ ὁρώμενος καὶ ἀκροώμενος. καὶ ἵνα μὴ ὁ λόγος τῆς λεωφόρου ἐκτρέποιτο, τὸ παρὸν τῶν ἐφεξῆς ἐχώμεθα. ἦν μὲν οὖν ἐν πᾶσιν ἐπιφανέστατος, συνεστράτευσε δ' Ἰωάννῃ τῷ αὐτοκράτορι ἐμῷ
P. 4 ἀδελφῷ καὶ κατ' ἄλλων μὲν βαρβάρων . . . . ἔχοντι τὴν Ἀντιόχου πόλιν. ἀλλ' ὅ γε Καῖσαρ οὐκ εἰδὼς ἀμελεῖν

2. δὲ ἐλέγχειν A cum Polybio, δ' ἐλέγχειν Hoeschel. 3. τοῦ καθ' ὑποδεικν. A, unde Iacobsius l. l. τοῦτο καθυποδεικν., rectius Hoeschel. τοῦθ' ὑποδεικν. quod Polybii est. 6. ἐφ' ἡμῖν A, em. Hoeschel. 8. μαρτυρουμένη Hoeschel., μαρτυραμένη A. 17. καί: an ἀλλ'? 20. indicavi lacunam.

rici partes suscepit, eum oportet, odii pariter ac studii immemorem, hostes saepe maximis laudibus ornare, ubi id facta eorum exigunt, saepe etiam reprehendere necessitate coniunctissimos, cum admissa in rebus susceptis peccata iubent. quapropter et accusandi sunt amici et inimici sine cunctatione laudandi. ego vero utrosque, et offensos a me et quibus placuero, acquiescere iubeo in rerum ipsarum easque spectantium testimonio, quo usa sum. aliquot enim, qui nunc sunt, hominum vel patres vel avi suis illa oculis viderunt.

3. Maxime autem, ut patris mei res gestas conscribendas susciperem, haec me causa impulit. maritus mihi fuit legitime coniunctus Nicephorus Caesar, e Bryenniorum stirpe oriundus, vir et formae praestantia et consilii vi et accurata doctrina aequalibus antecellens. mirificus prorsus homo erat, sive spectabatur sive audiebatur. sed ne oratio a via deflectat, iam quod propositum est, dicamus. is igitur cum inter omnes tantopere praestaret, imperatori Iohanni, fratri meo, operam navavit in expeditionibus, quas cum in alios barbaros, tum adversus illos, qui Antiochiam tenent, suscepit. at Caesar, qui

Digitized by Google

τοῦ λόγου καὶ ἐν κόποις καὶ πόνοις, συνέγραψε μὲν καὶ ἄλλ' ἄττα συγγράμματα μνήμης καὶ λόγου ἄξια, προείλετο δὲ μάλιστα τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξιον τὸν αὐτοκράτορα Ῥωμαίων καὶ ἐμὸν πατέρα συγγράψαι ἐξ ἐπιταγῆς τῆς βασιλίδος, καὶ ἐν βίβλοις ἐνθεῖναι τὰς πράξεις τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐν ᾧπερ ὁ καιρὸς ἐδίδου τούτῳ, τῶν ὅπλων καὶ τοῦ πολέμου βραχύ τι ἀπαλλαγέντι, ἐπιβλέψαι πρὸς συγγραφὰς καὶ λογικούς τινας πόνους. καὶ δὴ καὶ ἤρξατο τῆς συγγραφῆς, εἰς τοὺς ἀνέκαθεν ἀνενέγκας χρόνους τὸν λόγον, τῷ τῆς δεσποίνης ἡμῶν κἀν τούτῳ ὑπείκων προστάγματι, ἀπὸ Διογένους τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων ἀρξάμενος καὶ καταβαίνων εἰς αὐτὸν ἐκεῖνον, περὶ οὗ τὴν πρόθεσιν ἐποιήσατο. τότε γὰρ καὶ ἀνθοῦν εἶχεν ὁ χρόνος τὸν ἐμὸν πατέρα μειράκιον παραγγείλαντα. τὰ γὰρ πρὸ τοῦδε οὐδὲ μειράκιον ἦν καὶ οὐδὲν ὅ τι καὶ ἄξιον συγγραφῆς αὐτῷ πέπρακτο, εἰ μή τις ἐγκωμίου λόγον καὶ τὰ παιδικὰ αὐτῷ θήσοιτο. ὁ μὲν οὖν σκοπὸς τῷ Καίσαρι τοιοῦτος, ὡς ἡ τούτου συγγραφὴ βούλεται· οὐ μὴν τὰ τῆς ἐλπίδος ἐκβέβηκεν, οὐδὲ τὴν ἱστορίαν πᾶσαν ἐτελειώσατο, ἀλλὰ μέχρι τῶν χρόνων τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου τὸν λόγον ἐφελκυσάμενος, ἐκεῖσε τοῦ συγγράφειν

1. ἄλλα τὰ συγγράμματα A, corr. Crusius. 5. lege ἐκθεῖναι. 6. βρα . . τι A, suppl. Hoeschel., praeeunte Crusio. 10. ἀπὸ διο . . . . τοῦ αὐτοκρ. A, nomen suppl. Crusius. 11. ἐκείνοις A, corr. Hoeschel. 12. πρόθεσιν A, non quod Hoeschel. dedit πρότασιν. lege ὑπόθεσιν. 13. τὸ γὰρ Hoeschel., τὰ γὰρ A. 15. ἐγκωμίου λόγον A, quod Hoeschel. male mutavit in ἐγκώμιον λόγου. 16. θήσαιτο A, corr. Hoeschel. 19. Βοτανιάτου A, correxi.

ne inter belli quidem labores litteris carere posset, cum alia nonnulla scripsit luce laudeque digna, tum potissimum, iubente Augusta, Alexii imperatoris Romanorum meique patris gesta enarrare litterisque tradere constituit, siquando, armorum bellique contentione paulisper intermissa, animum ad scribendum litterasque tractandas convertere liceret. iamque rem aggressus erat, et altius a Diogene, Romanorum imperatore, initio repetito, (nam hac quoque in re voluntati dominae nostrae obsecutus erat,) ad illum ipsum descendebat, de quo scribere sibi proposuerat. illo nimirum imperante, pater meus primam adolescentiam ingressus est. nam antea ne adolescens quidem erat, neque quidquam memoratu dignum gesserat; nisi quis laudandi argumentum etiam e puerilibus nugis petendum existimet. hoc igitur Caesaris consilium erat, ut eius historia significat. verum spes eventu caruit, nec opus absolvit; sed narratione ad tempora Nicephori Botaniatae perducta, ibi scribere desiit. nam ultra progredi eum

Digitized by Google

P. 5 ἐπαφύσατο, περαιτέρω τοῦ καιροῦ μὴ διδόντος προκόψαι τὴν συγγραφήν, ζημίαν μὲν τοῖς ὑπὸ τὴν συγγραφὴν πράγμασιν περιποιησαμένου, ἡδονὴν δὲ ἀποστερήσαντος τοῖς ἀναγινώσκουσι. διὰ τοῦτο αὐτή, ὅσα τῷ ἐμῷ πατρὶ πέπρακτο, συγγράψασθαι προειλόμην, ἵνα μὴ τοιαῦτα ἔργα τοὺς ἐς ὕστερον παραδράμῃ. οἵαν μὲν γὰρ εἶχον τὴν ἁρμονίαν, ὁπόσην δὲ τὴν χάριν οἱ τοῦ Καίσαρος λόγοι, ἴσασιν ἅπαντες οἱ τοῖς ἐκείνου ἐντετυχηκότες συγγράμμασιν. ἀλλὰ μέχρι τούτου ἐλθών, καθάπερ εἶπον, καὶ τὸ σύγγραμμα σχεδιάσας καὶ
V. 3 ἡμιτελὲς ἐκ τῆς ὑπερορίας κομίσας ἡμῖν, συναπεκόμισεν, οἴμοι, καὶ θανάσιμον νόσημα, τάχα ἐκ τῆς ἀπείρου κακοπαθείας, τάχα ἐκ τῶν συχνοτέρων στρατηγημάτων, τάχα ἐκ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν ἀφάτου μερίμνης· μέριμνα γὰρ ἔμφυτος καὶ πόνοι ἀνένδοτοι· πρὸς δὲ καὶ ἀέρων ἀνωμαλίαι τε καὶ κακότητες ποτήριον αὐτῷ θανάσιμον ἐκεράσαντο. ἔνθεν μὲν γὰρ εἰς Σύρους καὶ Κίλικας δεινῶς νοσῶν ἐξεστράτευεν· εἶτα κἀκεῖθεν Συρία τοῦτον μὲν ἀπέδωκεν ἀρρωστοῦντα Κίλιξι, Κίλικες δὲ Παμφυλίοις, Παμφύλιοι δὲ τοῖς Λυδοῖς καὶ ἡ Λυδία τῇ Βιθυνίᾳ καὶ ἡ Βιθυνία τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων καὶ ἡμῖν, ἐξῳδηκότα ἤδη τὸ σπλάγχνον ἐκ τῆς πολλῆς κακο-
P. 6 παθείας. καίπερ δὲ οὕτως ἔχων ἀσθενείας καὶ θέλων τὰ συμπεσόντα οἱ ἐκτραγῳδεῖν, τὸ μὲν ὅτι νοσῶν οὐκ ἠδύνατο,

14. ἀνένδητοι A, em. Crusius. 16. ἐξεστράτευον A, em. Hoeschel. 17. Κίλιξι add. Hoeschel. 22. ὅτι: lege ἅτε.

tempus non sivit: quod et rebus, quas tractaturus erat, detrimento fuit, et lectores voluptate privavit. quamobrem ipsa, quae pater meus gesserit, conscribere suscepi, ne tantae res posteros fugiant. nam quanta concinnitate quantaque suavitate futurae fuissent Caesaris historiae, omnes norunt, qui scripta illius legerunt. verum cum eo pervenisset quo dixi, et exaratos imperfectosque libros peregre nobis adferret, simul, heu mihi, mortiferum adferebat morbum, sive ex innumeris miseriis contractum, sive ex crebrioribus militiae muneribus, sive ex incredibili cura nostri. cura enim ea penitus inhaerebat, nec a laboribus remissio dabatur. praeterea etiam coeli inaequalitas atque intemperies letale ipsi poculum miscebant. illinc enim, licet graviter aegrotans, ad bellum adversus Syros et Cilices profectus est. Syria autem infirmum valetudine eum reddebat Cilicibus, Cilices Pamphyliis, Pamphylii Lydis, Lydia Bithyniae et Bithynia reginae urbium atque nobis, tumefactis iam ex multa miseria visceribus. in tanta autem valetudinis infirmitate cum nihilominus vellet, quae in expeditione sibi acciderant, miserabiliter describere, tum morbo fra-

Digitized by Google

τὸ δὲ ὅτι καὶ παρ' ἡμῶν ἐκωλύετο, ὡς μὴ τὸ τραῦμα ἀνοίξοι διηγούμενος.

4. *Ἐγὼ δ' ἐνταῦθα . . . . μένη, σκοτοδίνης ἐμπίπλαμαι τὴν ψυχὴν καὶ ῥείθροις δακρύων περιτέγγω τοὺς ὀφθαλμούς. ὢ οἷον ἡ Ῥωμαίων ἀπόλωλε βούλευμα· ὢ πείρας μὲν ἀκριβεστάτης περὶ τὰ πράγματα καὶ ὅσην ἐκεῖνος συνείλοχε· λόγων δὲ ἐπιστήμης, ποικίλης δὲ σοφίας, λέγω δὴ τῆς θυραίας καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς· ὢ καὶ χάριτος ἐπιτρεχούσης τοῖς μέλεσι καὶ εἴδους οὐκ ἀξίου τυραννίδος, ὥς τινες λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ θειοτέρας καὶ κρείττονος. ἔγωγ' οὖν πολλοῖς ἄλλοις προσωμιλήκειν δεινοῖς ἐκ μέσων τῶν πορφυρόθεν σπαργάνων, ὡς οὕτως εἰπεῖν, καὶ τύχαις ἐχρησάμην οὐκ ἀγαθαῖς, εἰ μή τις θεῖτο τύχην οὐκ ἀγαθὴν καὶ προσμειδιῶσάν μοι τήν τε γειναμένην αὐτὴν καὶ τὸν τεκόντα τοὺς αὐτοκράτορας, καὶ τὴν πορφύραν ἐφ' ἧς ἐβλάστησα· τὰ γὰρ ἄλλα φεῦ τῶν κυμάτων, φεῦ τῶν ἐπαναστάσεων. Ὀρφεὺς μὲν οὖν ᾄδων καὶ λίθους ἐκίνει καὶ ξύλα καὶ τὴν ἄψυχον ἁπλῶς φύσιν, Τιμόθεος δὲ ὁ αὐλητὴς τὸν ὄρθιόν ποτε Ἀλεξάνδρῳ αὐλήσας, εἰς τὰ ὅπλα παραχρῆμα καὶ τὸ ξίφος ἐκίνει τὸν Μακεδόνα· τὰ δέ γε κατ' ἐμὲ διηγήματα οὐ τοπικήν τινα κίνησιν, οὐδὲ* p. 7
πρὸς ὅπλα καὶ μάχην, ἀλλ' ἐς δάκρυα τὸν ἀκροατὴν συγκι-

1. *ἀνήξοι* A, *ἂν ῥήξοι* coni. Hoeschel., ego *ἀναρρήξοι*, lenissime Naekius *ἀνοίξοι*, quod restitui. 3. supple *γενομένη*. vid. annotationes. Hoeschel. coni. *τούτων μεμνημένη*. 15. *ἀφ' ἧς* coni. Hoeschel.

ctus id exsequi non poterat, tum quia a nobis prohibebatur, ne vulnus narrando renovaret.

4. Mihi vero, cum in narratione huc progressa sum, caligine obducitur animus et lacrimarum vi oculi opplentur. o qualem res publica Romana perdidit consiliorum auctorem! o quam accuratam rerum experientiam ille et quantam sibi paraverat! quanta litterarum cognitione erat variaque eruditione, et externam dico et nostratem! quanta denique gratia toto corpore diffusa, et forma non rege modo, ut aiunt, digna, sed divinam adeo spirante maiestatem! multis equidem aliis calamitatibus a mediis, ut ita dicam, incunabulis regiis conflictata sum et rebus usa adversis; modo ne quis pro adversa mihique non arridente fortuna ducat, quod et genitrice ipsa et patre imperatoribus in purpura nata sum. reliqua quod attinet, vae mihi, quanti malorum fluctus impetusque subeundi erant! Orpheus quidem cantando et saxa movit et silvas et sensu prorsus carentem naturam, Timotheusque tibicen, cum orthium quod vocant coram Alexandro quondam modularetur, adeo commovit Macedonem, ut arma confestim et gladium arriperet: calamitatum autem mearum enarratio non

Digitized by Google

νήσεις, καὶ οὐκ αἰσθητικὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄψυχον φύσιν εἰς πάθος καταναγκάσῃ. τὸ μέντοι πάθος τὸ περὶ τὸν Καίσαρα καὶ ὁ κατ' αὐτὸν ἀνέλπιστος θάνατος αὐτῆς μου καθίκετο τῆς ψυχῆς καὶ ἐς βάθος τὸ τραῦμα εἰργάσατο. καὶ ἡγοῦμαι τὰς προειληφυίας συμφορὰς πρὸς ταύτην τὴν ἄπληστον συμφορὰν ψεκάδα ὡς ὄντως πρὸς ὅλον Ἀτλαντικὸν πέλαγος ἢ τοῦ Ἀδριατικοῦ πελάγους τὰ κύματα· μᾶλλον δέ, ὡς ἔοικεν, ἦσαν ἐκεῖναι τούτων προοίμια, καί με προκατελάμβανεν ὁ καπνὸς τοῦ καμιναίου τούτου πυρὸς καὶ ὁ καύσων ἐκεῖνος τῆς ἀρρήτου ταύτης φλογώσεως καὶ τὰ καθ' ἡμέραν πυρὸς τῆς ἀφάτου πυρκαϊᾶς. ὢ πυρὸς ἄνευ ὕλης ἀποτεφροῦντος, πυρὸς ἐν ἀπορρήτοις δᾳδουχουμένου καὶ
V.4 καίοντος μέν, μὴ καταφλέγοντος δέ, καὶ τὴν καρδίαν μὲν περιφρύγοντος, δόξαν δὲ παρέχοντος, ὅτι οὐ συνεφρύγημεν, καίτοι μέχρις ὀστέων καὶ μυελῶν καὶ μερισμοῦ ψυχῆς τὰς πυρακτώσεις δεξάμενοι. ἀλλὰ γὰρ ἐμαυτῆς αἰσθάνομαι διὰ ταῦτα παρενηνεγμένης τοῦ προκειμένου, καὶ ὁ Καῖσάρ μοι ἐπιστὰς καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος πένθος πένθος μοι ἐπέσταξε διωλύγιον. ἀποψήσασα οὖν τὸ δάκρυον τῶν ὀμμάτων καὶ
P.8 ἐμαυτὴν ἀναλεξαμένη τοῦ πάθους, τῶν ἑξῆς ἕξομαι, διπλᾶ κατὰ τὴν τραγῳδίαν κερδαίνουσα δάκρυα, οἷον ἐπὶ συμφορᾷ

2. καταναγκάσαι? 6. ὄντας A, em. Hoeschel. 13. καρδίαν ..... περιφρ. A, suppl. Hoeschel. 18. τὸ : τῇ A, corr. Hoeschel. 19. ἀποψ... ασα A, suppl. Crusius.

e loco quidem ullo modo, nec ad arma pugnamve, sed ad lacrimas audientem commoveat, neque solum sensu praeditam, verum etiam inanimatam naturam ad misericordiam adigat. at vero ille de Caesare dolor et inopinata eius mors ipsum animum meum tetigit et altum vulnus inflixit. priora mala, huic ingenti casui collata, profecto guttae instar habeo ad totum Atlanticum Oceanum vel Adriatici maris fluctus. quinimo ea, ut videtur, huius miseriae prolusio fuit, meque ante corripuit fumus huius quasi fornacalis ignis, ardor ille infandae huius flagrantiae, atque immensi incendii flamma quotidiana. o ignem sine materia flagrantem, ignem arcana face subditum, et urentem quidem, non consumentem tamen, quique conficit plane cor nostrum, sed tamen ita, ut confecti non videamur, licet ad ossa medullasque flamma penetrarit et animam a corpore paene divellerit. at sentio me vi doloris ab eo, quod institui, abreptam esse. Caesaris enim recordatio luctuosa luctum mihi instillavit gravissimum. abstersis igitur lacrimis animoque revocato a moestitia, in viam redeam, duplices, ut in tragoedia est, lacrimas lucrans, quippe quae uni miseriae mentionem alterius addam. nempe cum talis imperatoris tam-

Digitized by Google

συμφορᾶς μεμνημένη. τὸ γὰρ εἰς μέσον προθεῖναι τοιούτου βασιλέως ὑπόθεσιν καὶ τοσούτου πρὸς ἀρετὴν ἀνάμνησίς ἐστι καὶ τῶν κατ' ἐκεῖνον θαυμάτων, ἅπερ κἀμὲ πρὸς δάκρυα θερμότατα καταφέρει, μετὰ πάσης τῆς οἰκουμένης δακρύουσαν. τὸ γὰρ ἐκείνου μεμνῆσθαι καὶ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν εἰς μέσον ἄγειν ἐμοὶ μὲν θρήνων ὑπόθεσις, τοῖς ἄλλοις δὲ ζημίας ἀνάμνησις. ἀρκτέον τοίνυν ἐνθένδε τῆς ἱστορίας τοὐμοῦ πατρός, ὅθεν καὶ ἄρχεσθαι ἄμεινον· ἄμεινον δὲ ὅθεν σαφέστερός τε καὶ ἱστορικώτερος ὁ λόγος γενήσεται.

que praeclara indole vitam in medium profero, redit etiam admirabilium eiusdem virtutum memoria, quae mihi lacrimas fervidissimas affert, toto terrarum orbe collacrimante. nam illius meminisse et imperii eius imaginem exhibere non solum mihi lamentandi causam praebet, verum etiam reliquos communis iacturae admonet. sed inchoanda historia patris mei hinc est, unde inchoare praestat; praestat autem, unde certior atque ad cognitionem aptior narratio futura est.

Digitized by Google

ΑΛΕΞΙΑΣ Α.

ALEXIADIS LIBER I.

ARGUMENTUM.

Alexius quatuordecim annos natus, Diogenis Romani contra Turcas expeditioni interesse cupit. sub Michaële Duca cum imperio ad Urselium debellandum proficiscitur (1). is a Tutacho captus, Alexio traditur, qui Amasenos rogat, ut pactam proditionis mercedem solvant (2). turbas inde ortas callide componit Urseliumque Cpolin adducit (3). Nicephorus Bryennius imperium affectat. miserrimus status militiae romanae. Alexius ab imp. Nicephoro Botaniate contra illum mittitur (4). utriusque ducis comparatio. proelium ad Calauram (5). Bryenniani fusi, dux ipse capitur (6). Basilacio regnum itidem appetente, belli cura Alexio committitur (7). proelium nocturnum (8). Basilacius Thessalonicam fugit, ubi paullo post Alexio deditus, a Botaniatae ministris excaecatur. Alexius Sebasti titulo auctus (9). Robertus Normannus bellum adversus Romanos molitur. eiusdem patria, genus, mores (10). e latrone fit gener Gulielmi Mascabelis, quem in vincula missum oculis privat (11). eius ditione potitus, dux fit Longibardiae atque ipsum imperium appetit. ne belli causa deesset, Pseudomichaelem monachum subornat (12). papa cum Henrico Germaniae rege dissidens, foedus cum Roberto init (13). eius filius Boëmundus Aulonem occupat. interim ipse naves et milites parat (14). Raul legatus Cpoli reversus bellum dissuadet (15). tamen Robertus Brundusio Dyrrachium solvit. Corypho urbs capta. Georgius Monomachatus, dux Illyrici, Alexio rerum iam potito auxilia denegat (16).

P. 3 1. Ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος καὶ ἐμὸς πατὴρ καὶ πρὸ τοῦ τῶν
V. 7 σκήπτρων ἐπειλῆφθαι τῆς βασιλείας μέγα ὄφελος τῇ βασι-

ΑΛΕΞΙΑΣ Α om. A. 1. Ὁ om. A.

1. Imperator Alexius, pater meus, etiam ante susceptum imperium magno rebus Romanis praesidio fuit. etenim stipendia facere

Digitized by Google

λεία Ῥωμαίων γεγένηται. ἤρξατο μὲν γὰρ στρατεύειν ἐπὶ
Ῥωμανοῦ τοῦ Διογένους. θαυμαστός τις γὰρ ἐφαίνετο ἐν τοῖς
κατ' αὐτὸν καὶ φιλοκινδυνότατος. οὗτος γὰρ τεσσαρεσκαιδε-
κάτου ἔτους ὢν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ συνεκστρατεύειν ἠπείγετο
τῷ βασιλεῖ Διογένει κατὰ Περσῶν βαρυτάτην ἄγοντι στρα-
τιάν, καὶ ἀπό γε τοῦδε ὁρμήματος ἀπειλὴν κατὰ τῶν βαρβά- B
ρων ἐμφαίνων καὶ ὡς εἰ συμπλακήσεται τοῖς βαρβάροις, τὸ
ξίφος αὐτοῦ μεθύσει ἀφ' αἵματος· οὕτως ἦν φιλοπόλεμος
ὁ νεανίσκος. ἀλλὰ τότε οὐκ ἐπεχώρησεν ὁ αὐτοκράτωρ Διο-
γένης αὐτῷ ξυνέπεσθαι, ἅτε πάθους καταλαβόντος τὴν μη-
τέρα βαρυτάτου. ἐθρήνει γὰρ τὸ τηνικαῦτα θάνατον τοῦ
πρωτοτόκου υἱοῦ Μανουήλ, ἀνδρὸς μεγάλα καὶ ἀξιάγαστα
ἔργα ἐνδεδειγμένου τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ· καὶ ἵνα μὴ
ἀπαραμύθητος εἴη ἐκείνη, τὸν μὲν τῶν υἱέων μηκέτι γινώ-
σκουσα οὗ κατορύξειε, τὸν δὲ ἀποστέλλουσα ἐν πολέμοις καὶ C
δεδοικυῖα, μή τι ἀπαίσιον συναντήσῃ τῷ νεανίσκῳ καὶ οὐδ'
οἷ γῆς πεσεῖται ἐπιγνώσεται, διὰ ταῦτα ὑποστρέψαι πρὸς
τὴν μητέρα τὸ μειράκιον Ἀλέξιον κατηνάγκασε. καὶ τότε μὲν
ἀπελείφθη καὶ ἄκων τῶν συστρατευομένων, ἀλλ' ὅ γε ἐφεξῆς
καιρὸς πέλαγος ὑπανέῳξεν αὐτῷ τῶν ἀνδραγαθημάτων. ἐπὶ
γάρ τοι τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Δούκα μετὰ τὴν τοῦ

1. γὰρ om. A. 2. τις add. G, θαυμαστόν τε γὰρ ἐγένετο A. 3. τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν G, ἔτος τεσσαρεσκαιδέκατον γὰρ ἄγων A. 6. ὁρμήματος A, μηνίματος P, μήματος G. 8. αὐτοῦ om. G. 9. ἐπεχώρησεν G, ἐξεχώρησεν PA. 15. πολέμῳ G. 16. συναντήσῃ A, συναντίσοι P, συναντήσοι G. 20. τῶν add. A, αὐτῷ ἀνδραγαθησύνης G.

Diogene Romano imperante coepit. mire enim inter aequales excellebat et ad pericula promtissimus erat. namque decimum quartum eo tempore annum agens, imperatorem Diogenem, expeditionem in Persas gravissimam suscipientem, comitari cupiebat, vel hoc ipso desiderio terribilem barbaris animum prodens significansque, se, ubi pugnae copia foret, gladium sanguine eorum madefacturum esse. adeo flagrabat pugnandi cupiditate adolescens. verum tum ei non permisit imperator Diogenes, ut se comitaretur; quippe matrem Alexii dolor afflixerat gravissimus. lugebat enim ea tum casum filii natu maximi Manuelis, qui rebus praeclare gestis de imperio Romano optime meruerat. itaque ne omni solatio mater destitueretur, si filiorum alterum ubi sepeliret adhuc incerta, alterum in proelia dimittere vererique deberet, ne quid ei accideret et, ubi locorum periisset, ne rescisceret quidem: eam igitur ob causam Diogenes Alexium puerum ad matrem redire coegit. ac tum quidem is, licet invitus, commilitones valere iussit; tempus autem insequens amplissimum ei campum

Digitized by Google

Διογένους βασιλέως καθαίρεσιν, ὅσος ἦν εἰς ἀνδρείαν, παρέδειξε τὰ κατὰ τὸν Οὐρσέλιον πράγματα. ἦν μὲν γὰρ οὗτος D Κελτὸς ἀνέκαθεν τῇ στρατιᾷ Ῥωμαίων κατειλεγμένος, εἰς δὲ μέγα τύχης ἐξογκωθεὶς καὶ δύναμιν συναθροίσας ἀμφ' αὑτὸν καὶ στρατιὰν ἀξιόλογον, τῶν μὲν ἐκεῖθεν ὄντων ὅθεν καὶ αὐτὸς ὥρμητο, τῶν δὲ καὶ ἐξ ἄλλου γένους παντοδαποῦ, βαρὺς ἦν αὐτόθεν τύραννος· πολλὰς δὲ ταλαντεύσεις λαβούσης τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας καὶ τῶν Τούρκων καθυπερτερησάντων τῆς τύχης Ῥωμαίων, τῶν δὲ εἰς τὸ κατόπιν ἀπαχθέντων, ὥσπερ ψάμμον ποδῶν ὑποσπασθείσης, τηνι- P. 4 καῦτα καὶ οὗτος τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων ἐπέθετο. καὶ ἄλλως μὲν ὢν τυραννικώτατος τὴν ψυχήν, τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἐξαφθεὶς πρὸς καθαρὰν τυραννίδα διὰ τὸ κατηφὲς τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων, τὰ τῆς ἑῴας πάντα σχεδὸν ἐληΐσατο. πολλῶν δὲ πιστευθέντων τὸν μετ' αὐτοῦ πόλεμον ἐπ' ἀνδρείᾳ διαβεβοημένων καὶ πεῖραν εἰσενεγκαμένων πλείστην πολέμου καὶ μάχης, οὗτος ὑπεραίρων ἐφαίνετο καὶ τὴν ἐκείνων πολυπειρίαν, πῆ μὲν αὐτὸς προσβάλλων καὶ τρέπων καὶ καθάπερ πρηστὴρ ἐμπίπτων τοῖς ἀντικαθισταμένοις αὐτῷ, πῆ δὲ καὶ συμμαχίαν λαμβάνων ἀπὸ τῶν Τούρκων. ἀνυπόστατος ἦν ταῖς ὁρμαῖς, ὥστε καὶ τῶν πάνυ μεγιστάνων τινὰς κατα- B σχεῖν καὶ τὰς ἐκείνων κλονῆσαι φάλαγγας. ὅτε δὴ καὶ ὑπὸ

8. τῶν ante Τούρκων om. A. 10. ὥσπερ: ὑπὲρ P. 11. τῶν Ῥωμαίων G. 17. αὐτὸς P.

aperuit rerum bene gerendarum. nam Michaele Duca post remotum Diogenem imperante, quanta esset fortitudine, rebus in Urselium editis probavit. is, Gallus genere, in Romanorum exercitu olim militaverat, sed fortuna admodum elatus, copiis haud exiguis partim ex eadem gente, unde ipse oriundus erat, partim ex alia quavis natione collectis, gravem iam exercebat dominationem. ac Romanorum imperium vehementer vacillans, cum Turcae superiores essent et ipsi, tanquam arena sub pedibus fallente, retrorsum laberentur, etiam ab isto homine haud leviter lacessebatur; nam cum alioqui dominandi cupidissimus esset, tum propter imminentem imperii Romani ruinam ad capessendam tyrannidem magis etiam incensus, orientales provincias omnes fere infestabat. quique adversus eum missi erant viri bellica laude insignes reique militaris peritissimi, eos omnes longe superabat, cum nunc suis ipsius copiis fretus, turbinis instar eos invaderet inque fugam coniiceret, nunc Turcarum auxilio usus: sustinerique adeo eius vis non poterat, ut ex ipsis proceribus nonnulli caperentur, copiis eorum terga vertentibus. quo tempore pater quoque meus Alexius auspiciis fratris, qui universis tam Orientis quam

Digitized by Google

τἀδελφῷ ἐτάττετο ὁ ἐμὸς πατὴρ Ἀλέξιος καὶ ἄντικρυς ὑπεστρατήγει τούτῳ, τὰ στρατεύματα πάντα ἑῴας καὶ ἑσπερίου λήξεως ἐγκεχειρισμένῳ. ἐπεὶ δὲ ἐν ἀμηχάνοις ἦν τὰ πράγματα τηνικαῦτα Ῥωμαίοις, τοῦ βαρβάρου τρόπον δίκην κεραυνοῦ τὰ πάντα ἐπερχομένου, εἰς ἀξιόμαχον ἀντικατάστασιν ἐπινοεῖται ὁ ἀξιάγαστος αὐτὸς Ἀλέξιος, στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ὑπὸ τοῦ V. 8 βασιλέως Μιχαὴλ ἀναδεδειγμένος. ὃς δὴ καὶ πᾶσαν ἀνακινήσας φρόνησίν τε καὶ πολυπειρίαν στρατηγικήν τε καὶ στρατιωτικήν, καὶ ταῦτα οὐκ ἐν πολλῷ χρόνῳ ταύτην συλλεξάμενος, (ἀλλὰ γὰρ διὰ τὸ πάνυ φιλόπονον τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ πανταχόθεν ἐγρηγορὸς εἰς ἄκρον ἐληλυθέναι στρατηγικῆς ἐμπει- C ρίας τοῖς τῶν Ῥωμαίων λογάσιν ἔδοξεν, οἷος Αἰμίλιος ἐκεῖνος ὁ Ῥωμαῖος, ὁποῖος ὁ Σκηπίων, οἷος Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος· νεώτατος γὰρ ἦν καὶ ἄρτι πρώτως ὑπηνήτης, ὅ φασι,) τόν τε Οὐρσέλιον ἐκεῖνον εἷλε τὸν πολὺν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ῥέοντα καὶ τὰ πράγματα τῆς ἕω κατέστησεν, οὐ πολλῶν δεηθεὶς ἡμερῶν. ἦν γὰρ καὶ ὀξὺς φωρᾶσαι τὸ ξυμφέρον καὶ ὀξύτερος καταπράξασθαι· τίνα δὲ τὸν τρόπον εἷλεν ἐκεῖνον, δηλοῖ μὲν καὶ ὁ Καῖσαρ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας βίβλῳ πλατύτερα, δηλώσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ἐφ' ὅσον εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ἱστορίαν συνήνεγκεν.

2. Ἄρτι γὰρ τοῦ βαρβάρου Τουτὰχ ἐκ τῶν βαθυτέρων D

1. ἐπεστρατήγει A. 7. καὶ om. A. 10. τὸ ante πανταχόθεν add. A. 12. Αἰμύλιος A. 20. πλατύτερον GA.

πτρων ἀποστερήσαντος; τὰ γὰρ παρ' ἄλλων εἰς ἡμᾶς γινόμενα, οὐκ ἂν ἑτέροις τοῖς μὴ προσκεκρουκόσι κατὰ δίκην ἐνέγκοι πόλεμον. μὴ ἔχοντος δὲ τοῦ πολέμου δικαίαν πρό- C φασιν, τὰ ξύμπαντα φροῦδα, καὶ νῆες καὶ ὅπλα καὶ ἄνδρες καὶ παρασκευὴ πᾶσα πολεμιστήριος." ταῦτα ῥηθέντα ἐξώργισεν ἐπὶ πλέον Ῥομπέρτον· ἐμεμήνει γὰρ καὶ ἔμελλε τὼ χεῖρε τούτῳ ἐπιβαλεῖν. ἐκ θατέρου δὲ καὶ ὁ πεπλασμένος ἐκεῖνος Δούκας V. 33 καὶ ψευδοβασιλεὺς Μιχαήλ, ὃν καὶ Ῥαίκτωρα ὠνομάκαμεν, ἐσχετλίαζέ τε καὶ ἐδυσφόρει καὶ οὐκ εἶχεν, ὅπως κατάσχοι τὴν ὀργήν, οὕτω σαφῶς ἐξελεγχόμενος, ὡς οὐκ εἴη βασιλεὺς ἐκεῖνος ὁ Δούκας ἀλλὰ ψευδεπίπλαστος βασιλεύς. ὢν δὲ καὶ ἄλλως ἐξωργισμένος ὁ τύραννος κατὰ τοῦ Ῥαοὺλ, τοῦ ἀδελ- D φοῦ Ῥογέρη πρὸς Ῥωμαίους αὐτομολήσαντος καὶ διαμεμηνυκότος ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν παρασκευαζόμενον πόλεμον, ἠβουλήθη κακόν τι δρᾶσαι τῷ Ῥαούλ, τὸν παραυτίκα θάνατον ἀπειλήσας. ὁ δὲ μηδ' ὅλως πρὸς τὴν φυγὴν ἐρραθυμηκώς, πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον ἐδραπέτευσεν, ὥσπερ τι κρησφύγετον ἐκ τοῦ σχεδὸν αὐτὸν ἐφευράμενος. ἐτραγῴδει δὲ καὶ ὁ Ῥαίκτωρ τὰς παλαμναιοτάτας ἀπειλὰς τἀδελφῷ τοῦ Ῥαοὺλ τῷ πρὸς Ῥωμαίους αὐτομολήσαντι, μεγάλα τε κεκραγὼς καὶ τὸν μηρὸν τῇ δεξιᾷ πλήττων καὶ ἐξαιτούμενος τὸν Ῥομπέρτον καὶ λέγων "ἓν τοῦτο καὶ μόνον αἰτῶ, ὡς εἰ τῆς βασιλείας ἐπιδραξαίμην καὶ ἀποκατασταίην τοῖς θρόνοις, παραδοῦναί μοι τὸν Ῥογέρην, καὶ εἰ μὴ τοῦτον οἰκτίστῳ θανάτῳ παραδοίην

9. ἐσχετλιάζετο καὶ G. 15. δράσας P. 22. ἐπιδραξοίμην P.

etenim propter aliorum in nos commissa, iniuste agas, si eos, qui nihil offenderunt, bello persequi velis. iniusto autem bello suscepto, vereor, ne cuncta perdideris, et naves et arma et viros et totum apparatum belli." quibus dictis, Robertus ira magis etiam incensus, adeo furebat, ut paene vim ei inferret. ab altera parte falsus ille Ducas et Pseudomichael, quem etiam Raectorem diximus, graviter ferre, indignari, nec habere, quo iracundiam reprimeret, quippe luculentissimo testimonio fraudis convictus. cumque Robertus etiam eam ob causam in Raulum exacerbatus esset, quod eius frater Rogerius ad Romanos transfugerat omnemque belli rationem prodiderat, gravi eum illico poena afficere voluit ac necem minatus est. at ille nequaquam ad fugam segnis, ad Boëmundum se tanquam in asylum proripuit. iactabat etiam Raector in Rauli fratrem, qui ad Romanos transfugerat, minas horrendas nec sine magna vociferatione, femur manu tundens, "id unum" Robertum appellans inquit "expeto, simul imperium adeptus inque regnum restitutus fuero, Rogerium

Digitized by Google

αὐτίκα ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἀνασταυρώσας, τάδε καὶ τάδε πεί-
P. 37 σομαι ἐκ θεοῦ." ἀλλὰ μεταξὺ τῶν διηγήσεων τούτων γελᾷν ἔπεισί μοι τοὺς ἄνδρας τούτους καὶ τῆς ἀπονοίας καὶ τῆς κουφότητος, μᾶλλον δὲ τῆς κατ' ἀλλήλων ἀλαζονείας. ὁ μὲν γάρ τοι Ῥομπέρτος πρόφασιν εἶχε τὸν ἀπατεῶνα τοῦτον καὶ δέλεαρ καὶ οἱόν τι πρόσχημα τοῦ συμπενθέρου καὶ βασιλέως, καὶ διεδείκνυ τοῦτον ταῖς πόλεσι καὶ πρὸς ἀποστασίαν ἐπῄρεν, ἐφ' οὓς ἂν παραγένοιτο καὶ συμπείθειν ἠδύνατο, ἐν νῷ ἔχων, ἐπειδὰν κατὰ ῥοῦν αὐτῷ τὰ τοῦ πολέμου καὶ τῆς τύχης ἐπέλθοι, ἐπὶ τοῦ τραχήλου ῥαπίσας ἀποπέμψαι σὺν γέλωτι· μετὰ γὰρ τὴν θήραν καταγελᾶται τὸ δέλεαρ. ὁ δὲ καὶ αὐτὸς
B ἐλπίσιν ἠπατημέναις ἐτρέφετο, εἴ που συμβαίη καὶ μετάσχοι κράτους τινός, οἷα φιλεῖ πολλάκις γίνεσθαι παραλόγως. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τῆς βασιλείας ἀπρὶξ ἐπιδράξοιτο, ὡς οὐκ ἂν τὸν βάρβαρον Ῥομπέρτον προσηκαμένου εἰς βασιλείαν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ δήμου καὶ τοῦ στρατεύματος, αὐτῷ δὲ τῷ τέως ἀποχρῷτο καθάπερ ὀργάνῳ εἰς τὴν ὅλην τῆς σκευωρίας οἰκονομίαν. ταῦτα ἐνθυμουμένῃ μοι μειδιᾶν ἐπέρχεται καὶ γέλως ἐπιτρέχει τοῖς χείλεσι πρὸς λύχνον ἐπισυρούσῃ τὸν κάλαμον.

16. Ὁ μέντοι Ῥομπέρτος πᾶσαν δύναμιν συναγηοχὼς κατὰ τὸ Βρεντήσιον τάς τε ναῦς αὐτῷ καὶ τοὺς στρατιώτας,
C (αἱ μὲν γὰρ νῆες εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα συνηρίθμηντο,

5. εἶχεν P. 6. καὶ οἱόν : εἰς οἷόν G. 9. ἐπειδὴ P. 19. ἐπισυροῦσι P.

mihi dedas, quem nisi cruci media in urbe suffixum acerbissima morte afficiam, quidvis a deo perpeti paratus sum." quae dum narro, ridere subit homines istos eorumque amentiam et levitatem, vel potius iactantiam, qua sibi invicem illudebant. nam Robertus fraudulentum monachum arcessiverat, ut belli praetextum haberet eoque uteretur tanquam esca et simulacro quodam consoceri atque regis. ostentabat eum per urbes, et ad seditionem commovebat quoscunque adiit et inducere potuit, si prospere bellum successisset, praecipitem eum ignominiose ac cum ludibrio abacturus; nam venatione finita, esca proiici solet. ipsum falsa spe lactabat, fore ut potentiam aliquam consequeretur; qualia plerumque evenire solent inopinato. at ille prorsus non dubitabat, quin regni potiretur. nam barbarum Robertum nullo modo ad imperium a populo exercituque Romano admissum iri; ceterum Roberto veluti instrumento ad consiliorum suorum fraudem perficiendam utebatur. quae cum considero, risus mihi oboritur vultuque diffunditur, ad lucernam haec exaranti.

16. Robertus igitur cum Brundusii omnes et naves et milites coegisset, (naves erant ad centum quinquaginta numero, militum

Digitized by Google

οἱ δὲ στρατιῶται εἰς τριάκοντα χιλιάδας ξύμπαντες ἐτύγχανον συμποσούμενοι, ἑκάστης νηὸς ἄνδρας ἀπολαμβανούσης διακοσίους μεθ' ὅπλων καὶ ἵππων,) καὶ οὕτως ἐχόντων παρασκευῆς, ἐπειδὰν οἷς προσοκείλειαν, ὡπλισμένοις τούτοις καὶ ἱππόταις περιτυχεῖν, ἔμελλε διαφεῖναι πρὸς τὴν Ἐπίδαμνον πόλιν, ἣν Δυρράχιον κατὰ τὸ νῦν ἐπικρατῆσαν ἔθος προσονομάζομεν. ἐδόκει μὲν γὰρ ἐξ Ὑδροῦντος πρὸς τὰς Νικοπόλεις διαπερᾶν καὶ τήν τε Ναύπακτον καὶ τὰ ξυμπαρακείμενα χωρία καὶ φρούρια πάντα κύκλῳ περιλαβεῖν. ἀλλ' ἐπειδήπερ εἰς πολὺ πλάτος ἠνέῳκτο τὸ ἐκεῖθεν ἐνθάδε πέλα- D γος ἢ τὸ ἀπὸ Βρεντησίου πρὸς τὸ Δυρράχιον, προείλετο μᾶλλον τοῦτον τὸν κατάπλουν ἐκείνου, ἅμα μὲν καὶ τὴν ταχίστην κέλευθον προαιρούμενος, ἅμα δὲ καὶ τὴν ῥᾳστώνην τῷ στόλῳ περιποιούμενος. καὶ γὰρ χειμέριος ἦν ἡ ὥρα καὶ ὁ ἥλιος V. 34 πρὸς τοὺς νοτίους κύκλους ἀπελαυνόμενος καὶ τῷ αἰγοκέρωτι πλησιάζων ὑπετέμνετο τὰ ἡμερήσια διαστήματα. ἵν' οὖν μὴ ἐξ Ὑδροῦντος ἀφεὶς ἀρχομένης ἡμέρας, νυκτοπλοήσειε καὶ κλύδωσί τισι προσπελάσειεν, ἐπὶ τὸ Δυρράχιον ἐκ Βρεντησίου ὅλοις ἱστίοις ἀπενεχθῆναι ἐβουλεύσατο. τὰ μήκη γὰρ τοῦ διαστήματος τῆς ὁδοῦ ἐνταῦθα συνετέμνετο, ἐπιστενουμένου τοῦ Ἀδριατικοῦ πελάγους ἐκεῖθι. οὐ μέντοι οὐδὲ τὸν υἱὸν Ῥογέρην κατόπιν ἀπέλιπε, καθάπερ βεβούλητο πρό-

2. ἐπιλαμβανούσης G. 3. παρασκηνῆς P. 11. παρείλετο P. 12. τοῦτον κατέπλους ἐκείνου G. 16. ἡμεράσια CG. 17. ἀφεὶς Iac. Gronovius, ἀφ' ἧς codices. ναυπλωήσειε PG, νυκτοπλοήσειε FC. 18. προσπελάσειεν ἐπὶ τὸ Βρεντησίον P. 20. τῆς ὁδοῦ om. CG, add. PF. 21. οὐδὲ : γε P.

triginta ferme millia, singulis navibus ducentos milites excipientibus cum armis equisque,) militibus ita instructis, quoniam ad quos appulsuri erant, in armis eos et equitatu paratos essent inventuri, traiicere Epidamnum in animo erat, quam urbem hodie Dyrrhachium appellare consuevimus. antea quidem Hydrunte Nicopoles transmittere ac Naupactum quaeque circumiacent loca et castella omnia occupare statuerat; sed cum latius ea patere mare quam Brundusium inter Dyrrhachiumque animadvertisset, hic traiectus prae illo placuit, quippe qui et brevior et tutior esset. nam hibernum erat tempus et sol, ad circulos australes vergens et capricornum appropinquans, diei spatium contraxerat. itaque ne Hydrunte oriente sole profectus, in noctem coniiceretur et in tempestates incideret, Dyrrhachium Brundusio plenis velis navigare statuit. ita enim celerius propter Adriatici maris angustias traiicere licuit. ceterum nec Rogerium filium in Italia reliquit, quemadmodum cum Apuliae eundem praeficeret, destinaverat; sed mu-

Digitized by Google

P. 38 τερον, Ἀπουληΐας αὐτὸν κεχειροτονηκὼς κύριον, ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως μεταδόξαν αὐτὸν πάλιν συνεφεπόμενον εἶχε. μεταξὺ δὲ τοῦ πρὸς τὸ Δυρράχιον κατάπλου τήν τε Κορυφὼ πόλιν ὀχυρωτάτην καὶ ἄλλ' ἄττα ἡμέτερα φρούρια ἐξ ἀποστολῆς κατέσχε. καὶ ὁμήρους ἔκ τε Λογγιβαρδίας καὶ Ἀπουληΐας ἀναλαβόμενος καὶ τὴν χώραν ἀργυρολογήσας ἅπασαν καὶ φορολογήσας, προσδοκήσιμος ἦν τῷ Δυρραχίῳ προσεσχηκέναι. δοὺξ δὲ τηνικαῦτα ἐτύγχανε παντὸς τοῦ Ἰλλυρικοῦ B Γεώργιος ὁ Μονομαχάτος παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος Βοτανειάτου ἀποσταλείς. καίτοι γε πρότερον τὴν ἀποστολὴν ἀπεπέμπετο καὶ οὐδ' ὅλως ἦν εὐπειθὴς πρὸς τὴν λειτουργίαν ταύτην, ἀλλ' οἵ γε βάρβαροι δοῦλοι τοῦ αὐτοκράτορος (Σκύθαι γὰρ ἦσαν Βορῖλός τε καὶ Γερμανός,) ἐνεκότουν τε τῷ Μονομαχάτῳ καὶ ἀεί τι δεινότερον κατ' αὐτοῦ ἐννοοῦντες κατεῖπον αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, συρράψαντες ὁπόσα γε καὶ βεβούλοιντο, καὶ τοσοῦτον ἀνέφλεξαν τὸν τοῦ βασιλέως κατ' αὐτοῦ θυμόν, ὡς ἐπιστραφέντα ποτὲ πρὸς τὴν βασιλίδα Μαρίαν ἐρεῖν "ἐχθρὸν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας τὸν Μονομαχάτον τοῦτον ὑπώπτευκα." τοῦτο ἀκροασάμενος Ἰωάννης ὁ Ἀλανός, φίλος ἐς τὰ μάλιστα ὢν τοῦ Μονομαχάτου, γινώ-
C σκων δὲ καὶ τὴν τῶν Σκυθῶν πρὸς αὐτὸν μῆνιν καὶ τὰς συχνὰς κατ' αὐτοῦ εἰσηγήσεις, ἅπαντα τά τε τοῦ βασιλέως

1. ἀλλ' F, ἐπεὶ PG. 2. οἶδ' F, οἶδα P, οἶδα πῶς G. μεταδόξαντα πάλιν αὐτὸν P, μεταδόξαν C, recte F. 4. ἄλλα τὰ codices, correxi. 10. γε om. F. 13. Βορῖλος F, Βουργῖλος P, βουργῦλος G. ἐνεκότουν τε FC, ἑστηκότες PG. 14. αὐτὸν PG, αὐτοῦ F. 15. ὁπόσα γε FC, ὅπου τε PG. 18. τῆς G, τῶν P. 20. ἐς τὰ μάλιστα FC, ἑστάμενος PG.

tata nescio qua de causa sententia, expeditionis comitem habuit. interea, dum Dyrrhachium navigavit, Corypho urbem munitissimam et alias quasdam arces nostras misit qui occuparent. ac receptis ex Longibardia Apuliaque obsidibus tributisque per totam ditionem suam exactis, Dyrrhachium eum appulsurum esse, exspectabant. tum totius Illyrici dux erat Georgius Monomachatus ab imperatore Botaniate delegatus. is initio quidem illud munus detrectaverat; sed servi imperatoris barbari (Borilus enim et Germanus Scythae genere erant,) invidebant Monomachato, cui ut perniciem molirentur, crimina apud imperatorem in eum iaciebant, quidquid volebant fingentes. denique tantopere regis animum irritaverant, ut ad Mariam coniugem aliquando conversus, hostem sibi imperii Monomachatum videri, diceret. quibus auditis Iohannes Alanus, summus amicus Monomachati, qui Scytharum in eum invidiam et crebras criminationes cognos-

Digitized by Google

ῥήματα τά τε τῶν Σκυθῶν πρὸς τὸν Μονομαχάτον ἀπελθὼν ἐξορχεῖται καὶ περὶ τοῦ συμφέροντος βουλεύσασθαι συμβουλεύει. ὁ δὲ (νουνεχὴς γὰρ ἦν,) καὶ τῷ βασιλεῖ προσελθὼν προαρπάζει τὴν ἐπὶ τὸ Δυρράχιον λειτουργίαν, λόγοις κολακευτικοῖς καταθέλξας αὐτόν. καὶ ὡς πρὸς τὴν Ἐπίδαμνον συνταξάμενος καὶ τὰς ἐπὶ τῇ δουκικῇ ζώνῃ προστάξεις ἐγγράφως ἀνειληφώς, ἐπισπευδόντων εὖ μάλα πρὸς τοῦτο τῶν Σκυθῶν ἐκείνων Γερμανοῦ καὶ Βορίλου, εἰς δευτέραν ἡμέραν τῆς βασιλίδος πόλεως ἔξεισι, τὴν Ἐπίδαμνον ἀφορῶν καὶ τὴν D Ἰλλυρίδα χώραν. ἀλλὰ περιτυγχάνει περί που τὴν λεγομένην Πηγήν, ἔνθα καὶ ναὸς ᾠκοδόμηται τῆς ἐμῆς δεσποίνης παρθένου καὶ θεομήτορος ἐν τοῖς ἀνὰ Βυζαντίδα πόλιν ναοῖς περιβόητος, τῷ ἐμῷ πατρὶ Ἀλεξίῳ. οἱ δὲ εἶδον ἀλλήλους, καὶ ὁ μὲν Μονομαχάτος ἄρχεται λόγων πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον περιπαθῶν καὶ ὡς ὑπερόριος γίνεται δι' ἐκεῖνον καὶ τὴν πρὸς τοῦτον φιλίαν, καὶ ὅτι οἱ Σκύθαι οἱ πᾶσιν ἐποφθαλμιῶντες Βορῖλος καὶ Γερμανὸς ὅλον τοῦ φθόνου τὸν τροχὸν κατ' αὐτοῦ ἐξεκύλισαν, καὶ τῶν οἰκείων καὶ τῆς φιλτάτης ταύτης πόλεως εὐπροσώπως ἐξορίζουσι. καὶ πάντα κατὰ μέρος ἐκτραγῳδήσας, ὅσα τε πρὸς τὸν βασιλέα συκοφαντηθείη καὶ πάθοι παρὰ τῶν δούλων, ἠξιοῦτο παραμυθίας ὅτι πλείστης παρὰ

2. ἐξηγεῖται GC. 3. προσελθὼν ἐξαιτεῖται. προαρπάζει PG, ἐξαιτεῖται om. F. 6. δουκικῇ G, δουλικῇ P. 8. Βορίλα G. 11. δεσπότιδος F. 13. εἶδον F, ἤδη PG. 14. λόγον — περιπαθῇ G. πρὸς: περὶ CG. 15. γίνεται GC, γένοιτο FP. ἐκείνων F. 16. ἀποφθαλμιῶντες GC. 18. καὶ δὲ τῶν F. lege καὶ δή. οἰκιῶν G. φίλης CF.

set, Monomachatum convenit eique omnia et regis et Scytharum dicta referens, ut saluti suae consuleret, suasit. hic, ut erat consilii plenus, ultro imperatorem adiit Dyrrhachiique praefecturam praeripuit, ira blanditiis mitigata. itaque cum imperatorem salutasset ut Epidamnum discessurus, et litteras, quibus de munere edocebatur, accepisset, Scythis illis Borilo et Germano ad iter urgentibus, postero iam die Cpoli Epidamnum et Illyricum proficiscitur. sad haud procul a loco qui Pege dicitur, ubi aedes quoque in honorem dominae meae Virginis deiparae inter Cpolitanas celeberrima aedificata est, Alexio patri meo obviam fit. qui ut se conspicati sunt invicem, Monomachatus statim lamentari incipit adversus magnum domesticum fortunam suam. exulandum sibi esse propter magnam quam cum eo gesserit amicitiam. Scythas istos, qui in omnes malevola mente essent, tota invidiae quasi rota in se acta, et domo et carissima hac urbe honoris specie se expellere. cumque singillatim lacrimans edocuisset, quantae servorum istorum apud imperatorem fuissent calumniae et qualia perpessus ab ipsis esset, eum quam be-

Digitized by Google

τοῦ δομεστίκου τῆς δύσεως, οἷος ἐκεῖνος ψυχὴν ἐπικουφίσαι
P. 39 βαρυνομένην ταῖς συμφοραῖς. καὶ τέλος ἐπειπόντος ὡς ἄρα
θεὸς εἴη τῶν τοιούτων ἐκδικητὴς καὶ ὡς μεμνῆσθαι φιλίας
τῆς πρὸς αὐτὸν ὑπομνήσαντος, ὁ μὲν ἐπὶ τὸ Δυρράχιον ὥρμα,
τὸν δ' ἀφῆκεν εἰσδῦναι τὴν βασιλεύουσαν πόλιν. ὁ δὲ Μο-
νομαχάτος καταλαβὼν τὸ Δυρράχιον καὶ ἀμφοτέρων τὴν πα-
ρασκευὴν ἀκηκοώς, τήν τε τοῦ τυράννου Ῥομπέρτου καὶ τὴν
V. 35 ἐπανάστασιν Ἀλεξίου, ἐν ζυγῷ καὶ σταθμῷ τὰ κατ' αὐτὸν
διετίθετο. καὶ πρὸς μὲν τὸ φανερὸν ἀντίξοως εἶχεν ἐν ἀμφοτέ-
ροις, εἶχε δέ τι τὰ τῆς προδήλου μάχης καὶ τοῦ φαινομένου
B βαθύτερον. ὁ μὲν γὰρ μέγας δομέστικος γράμμασιν αὐτῷ
μεμηνύκει τὰ συμπεσόντα, ὅτι τε τῶν ὀμμάτων ἀποστέρησις
τούτῳ ἠπείλητο καὶ ὡς ἄρα διὰ ταύτην τὴν ἀνάγκην καὶ τὴν
μελετωμένην τυραννίδα τοῖς τυραννοῦσιν ἀντεπιτίθεται. καὶ
χρὴ τοῦτον διαναστῆναι ὑπὲρ τοῦ φίλου καὶ πρὸς αὐτὸν
ἐθελῆσαι πέμψαι ὅθεν δήποτε χρῆμα τούτῳ συνειλεγμένον.
δεῖ δὴ γάρ, φησι, χρημάτων καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γε-
νέσθαι τῶν δεόντων." ὁ δὲ χρήματα μὲν οὐκ ἔπεμψε, φι-
λοφρονησάμενος δὲ τοὺς πρέσβεις, γράμματα τούτοις ἐπιτίθη-
σιν ἀντὶ χρημάτων, τοιόνδε νοῦν περιέχοντα, ὡς αὐτὸς μὲν εἰς
C τὴν τήμερον τὴν ἀρχαίαν φιλίαν διαφυλάττοι καὶ εἰς τὸ ἑξῆς
φυλάττειν κατεπαγγέλλοιτο· περὶ δὲ τοῦ ἐπιτεταγμένου χρυ-

2. ὡς ἄρα : ἀλλὰ G, ὡς om. C. 8. ἐν add. F. 9. dele ἐν. 10. τὰ G duobus punctis superimpositis, acsi deleri oporteret. vid. annotat. 15. διαστῆναι CG. 17. δὴ om. CG. 21. διαφυλάττειν G. καὶ add. F. 22. κατεπαγγέλλεται G.

nignissima consolatione dignatus est magnus domesticus Occidentis, quo nemo ad erigendum animum afflictum efficacior erat. postremo ubi deum talium iniuriarum ultorem pollicitus, Monomachatum rogavit, ut amicitiae, quae ei secum intercederet, ne obliivisceretur, hic Dyrrhachium abiit, Alexius in urbem reversus est. at Monomachatus cum Dyrrhachium pervenisset, nuntio hinc de Roberti apparatu, illinc de Alexii seditione accepto, caute suis rebus prospexit. ac palam quidem inimicum se ferebat utrique, sed altius animo consilium agitabat. etenim magnus domesticus litteris ei nuntiavit, quae evenissent. excaecationis periculum sibi insitisse. propter hanc necessitatem et affectatum ab inimicis imperium insurrexisse se adversus tyrannos. debere illum pro amico arma capessere et, quantam posset, pecuniae vim sibi mittere; nam pecunia, inquit, opus est, qua deficiente perfici non possunt, quae necessaria sunt." at ille opes non misit; sed legatis bene exceptis, litteras pro pecunia tradidit, iisque amicitiam et servasse se semper et in

Digitized by Google

σίου σφόδρα μὲν καὶ αὐτὸν γλίχεσθαι πέμπειν ὁπόσα γε βούλοιτο χρήματα. ἀλλὰ γὰρ ἐπέσχε με πρᾶγμα δίκαιον. καὶ γὰρ πρὸς τοῦ βασιλέως Βοτανειάτου πεμφθεὶς καὶ τὰς πίστεις τῆς δουλείας αὐτῷ δεδωκώς, οὐ καλὸς ἂν οὐδέ σοι δόξω καὶ εὔνους τὰ εἰς βασιλέας ἀνήρ, εἴγε τοῖς σοῖς ἐπιτάγμασιν ἐκ τοῦ σχεδὸν ὑπείξομαι. εἰ δὲ τὴν βασιλείαν σοι ἐπιβραβεύσειεν ἡ ἄνωθεν πρόνοια, ὡς πρῶτον φίλος ἐγὼ πιστὸς ἦν, καὶ μετὰ ταῦτα δοῦλος πιστότατος ἔσομαι." ταῦτα τοῦ Μονομαχάτου πρὸς τὸν ἐμὸν πατέρα σχεδιάσαντος καὶ ἐν ταὐτῷ αὐτόν τε ἅμα, λέγω δὴ τὸν ἐμὸν πατέρα, καὶ τὸν D
Βοτανειάτην ὑποποιουμένου, πρὸς δὲ τούτοις καὶ πρὸς τὸν βάρβαρον Ῥομπέρτον γυμνοτέρους ποιησαμένου λόγους καὶ εἰς λαμπρὰν ἀποστασίαν ἀναρρηγνυμένου, πολλὰ κατηγορεῖν ἔχω. ἀλλ' ἔοικέ πως τὰ τοιαῦτα ἤθη τῶν ἀνθρώπων παλίμβολα καὶ πολλὰ χρώματα μεταλαμβάνοντα κατὰ τὰς τῶν πραγμάτων μεταβολάς, καὶ τῷ μὲν κοινῷ οἱ τοιοῦτοι πάντες ἀξύμφοροι, ἑαυτοῖς δέ εἰσιν ἀσφαλέστατοι τὰ κατ' αὐτοὺς καὶ μόνους ξυμφέροντα διοικονομούμενοι, καὶ ὡς τὰ πολλὰ P. 40
ἀποτυγχάνοντες. ταῦτα μὲν οὕτως ὁ τῆς ἱστορίας ἵππος τῆς λεωφόρου ἐξέδραμε· πάλιν δὲ τοῦτον εἰς τοὺς προτέρους δρόμους ἐπαναγάγωμεν, καὶ γεγονότα ἐξήνιον. ὁ γάρ τοι Ῥομπέρτος καὶ πρότερον σφαδάζων πρὸς τὴν καθ' ἡμῶν πε-

2. με om. CG, add. PF. 5. εἰς τὰ βασίλεια G. 8. ἦν PF, εἴην CG. 11. τούτοις om. G. 12. γυμνότερον CG. 13. ἀπορρηγνυμένου CG. 15. χρήματα καταλαμβάνοντα G. 17. ἑαυτοὺς P. 18. διακονούμενοι G.

posterum servaturum significavit; pecuniam autem imperatam quod attineret, cupivisse se ipsum, quantum poposcisset, mittere; sed iusta, inquit, causa me detinuit. nam cum in nomen imperatoris Botaniatae, qui me huc delegavit, iuraverim, ne tibi quidem iustus et bono erga imperatores animo esse viderer, si mandatis tuis statim obsecutus essem. quod si incepta tua deus fortunaverit, ego, ut fidus primum amicus fui, ita servus deinceps ero fidissimus." haec Monomachatum patri meo scripsisse et eodem tempore utriusque, et Alexii et Botaniatae, gratiam aucupatum esse, praeterea etiam cum Roberto egisse apertius ac palam defectionem attentasse, id non possum, quin graviter reprehendam. verum ita solent homines inconstantes quique fidem mutant, prout mutantur tempora. rei publicae eiuscemodi omnes parum prosunt; sibi ipsis nunquam desunt, privata tantummodo commoda sequentes, quanquam plerumque falluntur. sed aberravit historiae quasi equus a via; itaque rursus in priorem cursum convertendus est, licet effrenatus. Robertus igitur cum iam antea mira flagraret traiiciendi cupiditate et Dyrrhachium

Digitized by Google

ραίωσιν καὶ τὸ Δυρράχιον φανταζόμενος, τότε δὴ καὶ μᾶλλον ἐξεφλέγετο, καὶ χεῖρας καὶ πόδας ἀκάθεκτος ἦν πρὸς τὴν ναυστολίαν, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐπέσπευδε καὶ λόγοις παροξυντικοῖς παρεθάρρυνεν. ὁ δὲ Μονομαχάτος ταῦτα κατασκευάσας, καὶ ἄλλην τινὰ τοιαύτην ἀσφάλειαν ἑαυτῷ ἐπῳκοδομεῖτο. τόν τε γὰρ Βοδῖνον καὶ τὸν Μιχαηλᾶν τοὺς
B ἐξάρχους τῶν Δαλματῶν διά τινων γραφῶν ἑαυτῷ ὑπεποιήσατο φίλους καὶ δωρεαῖς προκατείληφε τὰς γνώμας αὐτῶν, θύρας παντοδαπὰς ἑαυτῷ ὑπανοίγων. εἰ γὰρ τοῦ τε Ῥομπέρτου καὶ Ἀλεξίου ἀστοχήσειε καὶ ἀμφοτέρων ἀποκριθείη, εὐθὺ Δαλματείας ἐλάσειε, πρός τε Βοδῖνον καὶ Μιχαηλᾶν αὐτόμολος γενησόμενος. ἐχθρῶν γὰρ τούτων ἀναφανέντων, λοιπὸς ἄρα ὁ Μιχαηλᾶς κατηλπίζετο τούτῳ καὶ ἑτέρωθεν ὁ Βοδῖνος, πρὸς οὓς καὶ φυγεῖν παρεσκεύαστο, τῶν ἀπὸ τοῦ
V. 36 Ῥομπέρτου δηλονότι καὶ Ἀλεξίου ἀντιπνευσάντων αὐτῷ. ταῦτα μὲν ἐχέτω ταῦτα. καιρὸς δὲ ἤδη τραπέσθαι πρὸς τὴν
C βασιλείαν τοῦ ἐμοῦ πατρὸς καὶ ὅπως καὶ ἐξ οἵων ἀφορμῶν εἰς τὸ βασιλεύειν ἐλήλυθε, διηγήσασθαι. οὐ γὰρ τὰ πρὸ τῆς βασιλείας αὐτῷ ἐσκεψάμην ἐρεῖν, ἀλλὰ καὶ ὅσα βασιλεύων κατώρθωκεν ἢ ἐξήμαρτεν, εἴτε τέως σφαλέντα τοῦτον εὑρήσομεν ἐν ἅπασι δι' ὧν βαδιούμεθα. οὐ γὰρ ὡς πατρὸς φεισαίμην, εἴ γέ μοι παρασταίη τι τῶν ἐκείνῳ μὴ καλῶς πεπραγμένων· οὐδὲ διὰ τὴν ὑποτρέχουσαν ὑποψίαν, ὅτι πα-

5. τοιαύτην add. F. 10. εὐστοχήσειε CG. 13. τοῦτο G. 16. lege ἐχέτω ταύτῃ. 18. ἐλήλυθεν P. 19. εὑρεῖν CG. 22. περισταίη CG. ἐκείνου CG.

semper cogitaret, tum magis etiam incensus, manibus pedibusque expeditionem urgebat, et milites oratione confirmabat impellebatque. Monomachatus autem, rebus ita paratis, etiam aliud sibi perfugium ita prospexit. nam Bodinum et Michaelam, Dalmatiae exarchos, litteris muneribusque missis, sibi conciliavit, quo plures sibi salutis quasi ianuae paterent. si enim spe et in Roberto et in Alexio posita excideret et ab utroque reiiceretur, in Dalmatiam statim ad Bodinum et Michaelam transfugere placuit. nam illorum ubi animum hostilem cognovisset, reliquam spem cum in Michaela tum in Bodino collocabat; ad quos etiam fugiturus erat, Roberto et Alexio adversantibus. sed haec hactenus. iam enim tempus monet, ut ad patris mei imperium transeamus et quomodo quibusve de causis ad principatum evectus sit, exponamus. nam non solum, quae ante imperium egerit, referre nobis proposuimus, verum etiam, quae imperio potitus bene aut male gesserit, etiamsi in omnibus, quae enarranda nobis sunt, offendisse eum inveniamus. non enim parcam ut

Digitized by Google

τήρ ἐστι, περὶ οὗ συγγράφομεν τὰ κατορθώματα, τοῦτο παραδραμούμεθα. ἐν ἑκατέροις γὰρ ἀδικήσομεν τὴν ἀλήθειαν. ἐμοὶ γὰρ τοῦτον ἐχούσῃ σκοπὸν ἄνωθεν, καθάπερ πολλάκις εἴρηται, ὑπόθεσις ὁ πατὴρ καὶ βασιλεὺς ὑποβέβληται. τὸν οὖν Ῥομπέρτον ἐκεῖσε καταλελοιπότες, οὗπερ ὁ λόγος αὐτὸν ἠγάγετο, τὰ κατὰ τὸν βασιλέα σκοπῶμεν ἤδη· τούς τε πολέμους καὶ τὰς μάχας τὰς πρὸς τὸν Ῥομπέρτον ἐν ἑτέρῳ λόγῳ ταμιευσόμεθα.

1. τούτῳ F. 3. ταύτην F. 4. ὁ βασιλεὺς G. 5. ἐκεῖσε FP, ἐκεῖνον CG. 6. τοὺς δὲ? 8. ταμιευσώμεθα G.

patri, si quid cognovero, quod minus bene ab eo gestum sit; nec ut suspicionem evitem, patrem esse, cuius res bene gestas conscribam, id omittam. utraque enim ratione veritatem contaminarem. hoc ego consilio, quemadmodum saepius significavi, res ab imperatore patre meo gestas scribere aggressa sum. Roberti igitur historia illic quo eam perduximus relicta, ad imperatorem Alexium iam animum convertam, bella et proelia adversus Robertum alio libro enarratura.

ΑΛΕΞΙΑΣ Β.

ALEXIADIS LIBER II.

ARGUMENTUM.

Comneni tres, Manuel, Isaacius, Alexius, rerum gestarum gloria insignes. Isaacii et Alexii apud imperatorem Botaniatem gratia. ab invidia Borili et Germani tutatur Maria Augusta, quae Alexium adoptat (1). *Synadenus quidam designatur regni successor, Constantino Mariae filio neglecto. matris inde moerorem Comneni levant foedusque cum ea ineunt* (2). *capta a Turcis Cyzico, Alexius operam suam imperatori pollicetur* (3). *Comnenorum excaecationem Germanus et Borilus moliuntur. quo illi cognito, rebellare statuunt. nocturna secessio* (4). *Anna Dalassena Comnenorum mater in monasterio Petriorum includitur imperatoris iussu* (5). *coniurati Tzurulum conveniunt. Caesar Iohannes Ducas ad Comnenos deficit, cuius hortatu Cpolin tendunt* (6). *deliberatio Schizis habita, uter Comnenorum eligendus imperator. Alexio repugnanti Isaacius ipse purpuram defert* (7). *Melisseni, imperium in Oriente affectantis, legatio artibus Manganis scribae ducitur* (8). *interea Cpolis velitationibus tentata. Botaniatis desperatio de rebus suis. immortales et Barangi fidissimi* (9). *Comnenorum ad Melissenum responsum. Cpolis capitur proditione* (10). *Botaniates Melissenum arcessit. Georgius Palaeologus ne id fiat impedit* (11). *eius pater Nicephorus, Botaniatae ad extremum fidus, de pace Comnenos frustra adit. patriarcha Botaniatae persuadet, ut imperio cedat* (12).

P. 43 1. Ὅθεν μὲν οὖν ὁ αὐτοκράτωρ Ἀλέξιος ὥρμητο καὶ ἐξ
V. 39 οἵου γένους, τὸν βουλόμενον εἰδέναι εἰς τὰς τοὐμοῦ Καίσα-

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ B G. 1. μὲν om. CG.

1. Unde et quo genere imperator Alexius ortus fuerit, qui nosse cupit, eum ad Caesaris mei historias remitto; indidem quae

Digitized by Google

ρος συγγραφὰς παραπέμπομεν· ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ περὶ τοῦ βασιλέως Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου ἐκεῖθεν ἑλκύσεται. Μανουὴλ μὲν οὖν τὸν πρωτότοκον ἀδελφὸν Ἰσαακίου καὶ Ἀλεξίου καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐξ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ καὶ πρὸς πατρὸς ἐμοῦ πάππου καταγομένων, στρατηγὸν αὐτοκράτορα ἡ Ἀσία εἶχεν ἅπασα, τοῦ προβεβασιλευκότος Ῥωμανοῦ τοῦ Διογένους τοῦτον προχειρισαμένου, αὖθις δὲ καὶ τὸν B Ἰσαάκιον δοῦκα ἡ Ἀντιόχου ἐκληρώσατο, πολλοὺς πολέμους καὶ μάχας ἀγωνισαμένους, πολλὰ δὲ καὶ τρόπαια κατὰ τῶν ἀντικειμένων στήσαντας. καὶ μετ' αὐτοὺς οὑμὸς πατὴρ Ἀλέξιος στρατηγὸς αὐτοκράτωρ προὐβέβλητο κατὰ τοῦ Οὐρσελίου παρὰ τοῦ τότε βασιλεύοντος Μιχαὴλ τοῦ Δούκα ἀποσταλείς. ὡς δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ Νικηφόρος περιδέξιον τοῦτον περὶ τὰ πολεμικὰ ἐθεάσατο, ἀκηκοὼς δὲ καὶ ὅπως περὶ τὴν ἕω συνὼν τἀδελφῷ Ἰσαακίῳ ὑπὲρ τὸν αὐτοῦ χρόνον ἐν διαφόροις ἀγῶσιν ἐμπέπτωκεν ἀριστεὺς ἀναφανεὶς καὶ ὅπως τὸν Οὐρσέλιον κατετροπώσατο, διαφερόντως ἠγάπα καὶ τοῦ C Ἰσαακίου οὐκ ἔλαττον. καὶ ἐνστερνιζόμενος ἄμφω τἀδελφὼ ἱλαρὸν ἐνητένιζεν, ἔστιν οὗ καὶ αὐτῆς τῆς τραπέζης ἀξιῶν. ἀνέφλεγε τοῦτο τὸν κατ' αὐτῶν φθόνον καὶ μᾶλλον τῶν εἰρημένων δύο βαρβάρων Σθλαβογενῶν, τοῦ τε Βορίλου φημὶ

2. ἐκεῖθεν : ἐκεῖνου C. 3. οὖν om. C. 4. τῶν prius add. GA. Ἰωάννη A. 5. κατηγμένων A et in margine CPG. 6. πᾶσα εἶχε AG. 8. δοῦκαν G. 9. ἀγωνισάμενον CG, ἀγωνισαμένου A. πολλὰ καὶ P. 10. στήσαντα CG. 15. τῷ ἀδελφῷ A. τοῦ αὐτοῦ χρόνου A. 19. τῆς αὐτῆς τρ. P. 20. αὐτὸν A. 21. Βορίλα G.

ad Nicephorum Botaniatem imperatorem pertinent, petenda sunt. Manuel igitur, frater Isaacii et Alexii ceterorumque Iohannis Comneni, avi mei paterni, filiorum natu maximus, summa potestate Asiae universae praefuit: quam provinciam qui antea regno potitus erat Romanus Diogenes ei demandaverat; Isaacius autem dux Antiochiae erat. uterque multa proelia et pugnas commisit, multasque de hostibus reportavit victorias. post hos Alexius pater meus imperator summus adversus Urselium a Michaele Duca, qui tunc rebus praeerat, missus est. cuius ubi in rebus bellicis dexteritatem imperator Nicephorus cognovit audivitque, Alexium in Oriente sub Isaacii fratris auspiciis supra aetatem in variis certaminibus fortem se praebuisse, eiusdemque consilio Urselium oppressum esse, in praecipua eum nec minore quam Isaacium gratia habuit. cumque fratrem utrumque in sinu gestaret, benigno vultu eos adspiciebat, interdum ipsi mensae adhibebat. excitabat ea res cum aliorum in eos invidiam, tum maxime barbarorum, quos supra commemoravimus, Slavonici generis, Borilum

Digitized by Google

καὶ τοῦ Γερμανοῦ. ὁρῶντες γὰρ τὴν τοῦ βασιλέως ἐς αὐτοὺς εὐμένειαν καὶ ὅτι καθ' ὥραν ταῖς τοῦ φθόνου τοξείαις βαλλόμενοι ἄτρωτοι διαμένουσιν, ἐξετήκοντο. τὸν γὰρ Ἀλέξιον, κἂν οὔπω τὸν ἴουλον ἐπανθοῦντα εἶχεν, ἐν πᾶσιν εὐδοκιμοῦντα ὁρῶν ὁ βασιλεύς, στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῆς ἑσπέ- D ρας ἀναδείκνυσι, τῷ τῶν προέδρων τετιμηκὼς ἀξιώματι. ὅσα μὲν οὖν καὶ κατὰ τὴν ἑσπέραν οὗτος ἀνέστησε τρόπαια, καὶ ὁπόσους ἀποστάτας καταγωνισάμενος ζωγρίας ἦγε τῷ βασιλεῖ, ἀρκούντως προλέλεκται. ἀλλὰ ταῦτα τοῖς φθονοῦσιν οὐκ ἤρεσκεν, ἐξέκαε δὲ μᾶλλον αὐτῶν ἀναφλέγοντα τὸν φθόνον. οἳ καὶ πολλὰ μὲν ὑπετονθόρυζον βυσσοδομοῦντες κατ' αὐτῶν, πολλὰ δὲ καὶ κρύφια λέγοντες τῷ βασιλεῖ, τινὰ δὲ καὶ εἰς P. 44 τοὐμφανές, ἄλλα δὲ καὶ δι' ἑτέρων, μεθοδείαις τισὶ χρώμενοι, ἐκποδὼν τούτους γενέσθαι παντοίως ἐσπούδαζον. ἀπορίᾳ γοῦν συνεχόμενοι οἱ Κομνηνοί, δέον ἐλογίσαντο τοὺς περὶ τὴν γυναικωνῖτιν ὑποποιήσασθαι καὶ δι' αὐτῶν τὴν τῆς βασιλίδος ἐπὶ πλέον εὐμένειαν ἐπισπάσασθαι. ἐπαγωγοὶ γὰρ οἱ ἄνδρες καὶ λιθίνην καταμαλάξαι ψυχὴν δυνάμενοι καὶ παντοίοις ἐπιχειρήμασι. τοῦτο ἤδη κατώρθου ὁ Ἰσαάκιος, V. 40 πάλαι πρὸς αὐτῆς ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ ἐξαδέλφῃ εἰς κῆδος προσληφθείς, ὁ γενναιότατος ὢν ἐν λόγοις καὶ πράξεσι καὶ τὰ πλεῖστα τοὐμῷ πατρὶ ἐμφερής. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ περὶ αὐτὸν καλῶς

7. καὶ prius om. G. 8. ζωγρίαν A. 9. φθονοῦσιν : δούλοις A. 11. αὐτοῦ C, αὐτὸν A. 13. καὶ om. AF. 17. εὐμένειαν ἐπὶ πλέον G. 20. αὐτὸν CG. ἀδελφῇ A. 22. τώμῷ? περὶ : πρὸς A.

dico et Germanum. qui cum Comnenos imperatoris gratia florere et, licet quavis occasione telis obtrectationis petitos, incolumes permanere animadverterent, contabescebant. quoniam enim Alexium, imberbem adhuc iuvenem, imperator feliciter omnia gerentem vidit, Occidentis exercitibus summo imperio eum praefecit, dignitate praesidis iam ornatum. qui quam multa in Occidente constituerit tropaea, quot tyrannos debellarit captosque ad imperatorem duxerit, abunde narravimus. ea res nequaquam inimicis placebat, sed ardescentem eorum invidiam magis etiam inflammabat. itaque clandestinis eos oppugnabant consiliis, multa imperatori secreto deferebant, quaedam palam, alia etiam per alios, artibusque variis usi, ad perniciem eorum incumbebant. in tali periculo Comneni eos, qui gynaecei curam habebant, conciliandos sibi duxerunt, quo se magis in gratiam Augustae insinuarent. persuadendo enim isti valent et vel saxeum animum flectere possunt idque variis modis. Isaacio eo melius res cessit, quod Augusta ei dudum ipsam ex sorore neptem in matrimonium dederat,

Digitized by Google

προκεχώρηκε, πολλὰ φροντίζων ἦν περὶ τἀδελφοῦ, καὶ ὅσον B ἐκεῖνος τούτῳ εἰς τὴν τοῦ κήδους τότε συνήρετο ὑπόθεσιν, τοσοῦτον οὗτος ἐσπουδάκει μηδ' αὐτὸν τῆς βασιλίδος πορρωτέρω καθεστάναι. Ὀρέστην μὲν οὖν καὶ Πυλάδην φίλους ὄντας τοσοῦτον τὸν πρὸς ἀλλήλους πόθον ἔχειν φασίν, ὡς ἐν καιρῷ μάχης ἀμελεῖν μὲν ἑκάτερον τῶν καθ' ἑαυτοῦ πολεμίων, ἀμύνειν δὲ τοὺς ἐπιφερομένους θατέρῳ, καὶ προαρπάζειν ἅτερον τὰς πρὸς θάτερον ἐρχομένας τῶν ὀϊστῶν βολάς, τὰ στέρνα ὑπέχοντας. τοιοῦτον καὶ ἐπὶ τούτοις ἦν συνορᾷν. ἄμφω γὰρ τἀδελφὼ καὶ τοὺς κινδύνους προαρπάζειν ἐβού- C λοντο, καὶ τὰς ἀριστείας καὶ τὰς τιμὰς καὶ ἁπλῶς τἀγαθὸν θατέρου ἴδιον ἅτερος ἐλογίζετο, καὶ αὖ τοὐναντίον. τοσοῦτον τὸν πόθον πρὸς ἀλλήλους εἶχον. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸν Ἰσαάκιον οὕτως ἐκ θείας ᾠκονόμητο προνοίας· οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ οἱ περὶ τὴν γυναικωνῖτιν ταῖς τοῦ Ἰσαακίου ὑποθημοσύναις παραπείθουσι τὴν βασιλίδα υἱοθετήσασθαι τὸν Ἀλέξιον. πείθεται τούτοις, κἀπειδὴ περὶ τὰ βασίλεια κατά τινα κυρίαν ἡμέραν καὶ ἄμφω γεγόνατον, ἡ βασιλὶς υἱοθετεῖ τὸν Ἀλέξιον κατὰ τὸν παρακολουθήσαντα περὶ τῶν τοιούτων πάλαι τύπον. ἀνέσφηλε γοῦν τοῦ λοιποῦ τῆς πολλῆς D φροντίδος ὁ μέγας τῶν ἑσπερίων στρατευμάτων δομέστικος. κἀκτοτε θαμὰ τοῖς βασιλείοις ἄμφω φοιτῶντες καὶ τὴν τοῖς

1. τ' ἀδελφοῦ AF, τοῦ ἀδελφοῦ PG. 8. πρὸς τὰς εἰς θάτερον CG. 9. ὑπέχοντα A. 10. ἀδελφὼ A. ἠβούλοντο A. 11. τε καὶ τιμὰς A. 12. θατέρους P. 16. πείθουσι A.

quippe qui pacis bellique artibus unus omnium maxime floreret et pleraque patri meo similis esset. hanc igitur conditionis felicitatem nactus, ut frater se olim in impetrandis nuptiis adiuverat, ita ipse omni ope annitebatur, ne ille minore apud imperatricem in gratia esset. Orestem ferunt et Pyladem amicos tanto in se amore fuisse, ut in proelio alter alterum, suo quisque periculo neglecto, ab hostium impetu defenderet ac tela, quae alterum peterent, alter exciperet, suo oblato pectore. tale quid etiam in his cernere licuit. nam uterque frater cum pericula alterius praeripere paratus esset, tum praemia et honores et bona denique omnia alterius alter habebat sua, et vice versa: tanto in se invicem flagrabant amore. atque Isaacii quidem rebus divina providentia ita constitutis, brevi post gynaecei administri, Isaacio auctore, imperatrici suasere, ut Alexium adoptaret. quibus illa obtemperans, die constituto, cum ambo in palatio adessent, Alexium adoptat more solenni. idque in posterum maxima certe sollicitudine magnum occidentalium exercituum domesticum liberavit. frequenter exinde ad domum regiam uterque ventitabat et salutato,

Digitized by Google

βασιλεῦσι προσήκουσαν ἀποπληροῦντες προσκύνησιν καὶ μικρὸν ἐγκαρτεροῦντες, τῇ βασιλίδι προσήρχοντο. ταῦτα ἐπὶ πλέον τὸν κατ' αὐτῶν φθόνον ἐξέκαε. τοῦτο δὲ διὰ πολλῶν οἱ Κομνηνοὶ βεβαιούμενοι, δείσαντες, ἵνα μὴ ἀμφότεροι ταῖς πάγαις αὐτῶν ἁλόντες οὐδένα τὸν ἐπαρήγοντα ἔχωσι, τρόπον ἐζήτουν, δι' οὗ τὸ ἀσφαλὲς θεοῦ συλλαμβανομένου ἑαυτοῖς περιποιήσαιντο. πολλοὺς οὖν λογισμοὺς σύναμα τῇ μητρὶ
P. 45 ἀνελίξαντες καὶ πολλὰ πολλάκις διασκεψάμενοι, μίαν εὗρον κατὰ ἄνθρωπον σωτηρίας ἐλπίδα. ἡ δὲ ἦν τῇ βασιλίδι προσελθεῖν, ὁπηνίκα αἰτίαν τινὰ εὐπρόσωπον πρὸς τοῦτο σχοῖεν, καὶ τὸ ἀπόρρητον ἐξειπεῖν. εἶχον δὲ ὅμως ὑποβρύχιον τὴν βουλὴν καὶ οὐδενὶ τὸ παράπαν τὸ σκοπούμενον ἐξεκάλυπτον. προσεῖχον δὲ καθάπερ οἱ θαλάττιοι, μὴ τὸ θήραμα προσοβήσωσιν. ἀποδρᾶναι μὲν γὰρ ἐμελέτων, ἐπεφόβηντο δὲ ἄρα τοῦτο πρὸς τὴν βασιλίδα εἰπεῖν, μή πως ἐκείνη φθάσῃ τὰ κατ' αὐτοὺς παραδηλῶσαι τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀμφοτέρων κηδο-
B μένη καὶ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἀνδρῶν. τούτου τοίνυν κατεγνωκότες τοῦ σκέμματος, ἄλλοσε τρέπουσι τὴν βουλήν. δεινοὶ γὰρ τοῖς παραπεπτωκόσι καιροῖς ἀποχρήσασθαι.

2. Ἐπεὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς τεκνογονεῖν διὰ τὸ γῆρας οὐκ ἐπεφύκει, δεδιὼς δὲ καὶ τὸ ἄφυκτον τῆς τοῦ θανάτου τομῆς, περὶ τοῦ διαδεξομένου διεσκοπεῖτο. ἦν δὲ τηνικαῦτα Συναδηνός τις

1. ἀναπληροῦντες G. 3. κατ' om. G. 4. ἵνα om. A. 5. οὐδὲ τὸν PA. 14. μὲν om. GA. 15. τῷ βασ. παραδηλ. τὰ κατ' αὐτοὺς P. 16. δηλῶσαι A. 19. περιπεπτωκόσι A. 21. τε καὶ G. 22. διαδεξομένου C, διαδεξαμένου PGA.

ut decet, imperatore, mox Augustam adibant. ea res inimicorum invidiam auxit. quod cum a multis Comneni rescivissent, veriti, ne si ambo circumventi essent insidiis, auxilio prorsus carerent, consultabant, quomodo incolumitatem deo iuvante servarent. postquam, multis deliberationibus cum matre habitis, varia dispexere, haec una humane aestimantibus salutis via visa est, ut imperatricem occasione oblata adirent et quid consilii ceperint, indicarent. tamen rem pectore reconditam servabant neque ulli omnino credebant, sed ut piscatores cavebant, ne praedam antea perterrefacerent. etenim fugae capessendae consilium ceperant; quod tamen cum Augusta communicare verebantur, ne imperatori renuntiaret, utpote de utrisque et viro et Comnenis sollicita. itaque hoc consilio omisso, alio se vertunt. nam ita comparati erant, ut temporum opportunitate optime uti possent.

2. Imperator procreando exacta aetate impar, cum mortem nemini non certam reformidaret, successorem imperii quaesivit. erat autem Synadenus quidam ex Oriente profectus, illustri genere, forma

Digitized by Google

ἐξ ἀνατολῶν ὁρμώμενος, ἐκ γένους λαμπροῦ, τὸ εἶδος ὡραῖος, τὴν φρένα βαθύς, ῥωμαλέος τὴν χεῖρα, τὴν ἡλικίαν εἰς μειράκιον παραγγέλλων καὶ ἄλλως δὲ προσήκων αὐτῷ κατὰ γένος· τῶν ἄλλων μᾶλλον ἐσκέπτετο διάδοχον αὐτὸν τῆς βασιλείας C καταλιπεῖν, καθάπερ τινὰ πάτριον κλῆρον τὸ κράτος αὐτῷ διδούς, κακῶς βουλευόμενος. ἐξὸν γὰρ αὐτῷ τὸ ἀσφαλὲς V. 41 μέχρι τέλους περιποιήσασθαι, ἅμα δὲ καὶ δίκαιόν τι σκοπεῖν τὴν αὐτοκράτορος ἐξουσίαν τῷ τῆς βασιλίδος υἱῷ Κωνσταντίνῳ καταλιπεῖν καὶ ὥς οἷόν τινα κλῆρον πρὸς πάππου καὶ πατρὸς αὐτῷ διαφέρουσαν, καὶ τὴν βασιλίδα μᾶλλον διὰ τοῦτο ἐπ' αὐτῷ θαρρεῖν καὶ τὸ εὔνουν ἐπαύξειν, λέληθεν ἑαυτὸν ὁ γηραλέος ἄδικά τε καὶ ἀξύμφορα διασκοπούμενος καὶ κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς τεκταίνων κακά. τούτων ὑποψιθυριζομένων ᾔσθετο ἡ βασιλὶς καὶ περίλυπος ἦν, τὸν D τοῦ παιδὸς κίνδυνον ὑφορωμένη. καὶ ἦν ἀθυμοῦσα μέν, οὐδενὶ δὲ τὴν λύπην ἐξορχουμένη. τοῦτο τοὺς Κομνηνοὺς οὐ διέλαθεν. εὐκαιρίαν οὖν, ἣν ἐζήτουν, εὑρηκότες, τῇ βασιλίδι προσελθεῖν ἐβουλεύσαντο. τῆς δὲ πρὸς αὐτὴν ὁμιλίας τὴν καταρχὴν ἡ μήτηρ τῷ Ἰσαακίῳ ἐπέτρεψε, συμπαρόντος αὐτῷ τἀδελφοῦ Ἀλεξίου. τῶν δὲ προσελθόντων τῇ βασιλίδι, ὁ Ἰσαάκιός φησι πρὸς αὐτὴν "οὐχ ὡς χθὲς καὶ πρότριτα ὁρῶμέν σε, δέσποινα, ἔχουσαν, ἀλλ' ὡς ὑπὸ λογισμῶν ἀνεκ-

2. ἐς A. 4. μᾶλλον τοῦτον ἐσκ. διαδ. αὐτοῦ A. 11. ἐπ' αὐτῷ δι' αὐτὸ τοῦτο A. ἐπάξειν C. 13. κατὰ om. P. 17. οὖν ἀνακαλύπτουσα ἐζήτουν καὶ εὑρηκότες G, οὖν ἐζήτουν καὶ εὑρηκότες A, ἀνακαλύπτουσαν P in margine. 22. ὦ δέσποινα A.

eximia, alto animo, manu fortis, aetate adolescentulus. huic, etiam necessitudine sibi iuncto, prae ceteris imperii tanquam paternam hereditatem tradere in animo erat, quanquam imprudenti consilio. cum enim incolumitate usque ad supremum diem frui licuisset et, sicut aequum erat, regnum Constantino imperatricis filio relinquere, ad quem patris avique quasi hereditate pertinebat: quo facto, ipsa quoque Augusta maiorem et fiduciam et benevolentiam erga maritum habuisset: senex, iniquo illo ac parum utili consilio inito, suo ipse capiti perniciem imprudens struxit. id ubi rumore imperatrix accepit, maximo dolore afflicta est, de filii salute timens. ceterum quamvis animo esset sollicito, nemini doloris causam detexit. nequaquam tamen Comnenos res fugit, qui opportunitatem quam expetiverant nacti, adire imperatricem statuunt. Isaacius sermonem, praesente Alexio, ordiri a matre iussus, cum Augustam convenissent, "quid est, inquit, domina, quod te non ut heri ac nudius tertius hilarem cernamus, sed tacitis curis anxiam, quasi neminem habeas satis fidum, quocum com-

Digitized by Google

φόρων δακνομένην καὶ σκεπτομένην, ὡς μὴ θαρρεῖν ἔχου-
P. 46 σαν, πρὸς ὃν ἂν ἐκκαλύψειας τὸ ἀπόρρητον." ἡ δὲ τέως μὲν ἐμφαίνειν οὐκ ἤθελε, βύθιον δέ τι στενάξασα "οὐ χρὴ" φησι "τοὺς ἀλλοτρίαν οἰκοῦντας ἐπερωτᾶν· αὐτὸ γὰρ τοῦτο εἰς λύπην αὐτοῖς ἀξιόχρεων. ἐμὲ δέ, φεῦ, οἷα ἐξ οἵων διε-δέξατο καὶ ὁποῖά μοι, ὡς ἔοικε, μετ' οὐ πολὺ ταμιεύεται!" οἱ δὲ ἀποστάντες πλείω μὲν ῥήματα οὐ προσέθεντο· ἐς γῆν δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπερείσαντες καὶ περιστείλαντες ἄμφω τὼ χεῖρε, σύννους πρὸς μικρὸν εἱστήκεσαν, εἶτα τὴν συνήθη προσκύνησιν ποιησάμενοι, οἴκαδε ἀπῄεσαν ἀγωνιῶντες. τῇ δ' ὑστεραίᾳ πάλιν προσερησόμενοι ἥκουσιν. ἱλαρώτερον δὲ ἢ
B πρώην ἀτενίζουσαν τούτοις ὁρῶντες, προσίασιν ἄμφω καί φασιν "σὺ μὲν δεσπότις, ἡμεῖς δὲ δοῦλοι εὐνούστατοι, πᾶν ὁτιοῦν ἑτοίμως ἔχοντες ὑπὲρ τῆς σῆς βασιλείας παθεῖν. καὶ μή σε λογισμός τις διαταραττέτω, εἰς διψυχίαν ὅλως εἰσάγων." ἐκ τούτων οὖν τῶν λόγων τὰ πιστὰ δεδωκότες τῇ βασιλίδι καὶ ἀπαλλάξαντες ἑαυτοὺς ὑποψίας ἁπάσης, τὸ ἀπόρρητον ἤδη συνίεσαν. ὀξεῖς δὲ ὄντες καὶ ἀγχίνοι καὶ δεινοὶ θηρᾶσαι ἀνθρώπων ἐξ ὀλίγων ῥημάτων βαθέως ἐγκειμένην γνώμην καὶ τέως ἀπόρρητον, καὶ αὐτίκα μάλα προσετίθεντό τε τῇ βασι-
C λίδι καὶ ἐκ πολλῶν εὔνους αὐτοὺς φανερῶς κατεστήσαντο καὶ πᾶν εἰς ὅπερ ἂν αὐτοὺς προσκαλοῖτο, ἐκθύμως ἐπαμύνειν

2. ἂν ἐκκαλύψειας C, ἀνακαλύψειας P, ἀνακαλύψαι G. 3. ἐκφαίνειν A. 9. σύνους PG, recte CA. 10. δὲ G. 13. εὐγνώμονες A et in margine GP. 18. lege συνίεσαν, ὀξεῖς τε ὄντες, puncto post ἀπόρρητον posito. 20. τε τῇ A, τότε δὴ P, τότε τῇ G. 21. κατεστήσαντο G, καταστήσαντες PA.

municare rem possis?" illa tunc se aperire noluit, sed suspirans "non decet, inquit, qui peregre degunt, qua re angantur, rogare; nam hoc ipsum ad aegritudinem satis causae est. me vero, eheu, ut aliud ex alio afflixit; quam vereor, ne graviora mox inferantur mala." ad haec illi nihil amplius locuti; sed deiectis in terram oculis complicatisque manibus, postquam solliciti aliquamdiu adstitere, consueta salutatione perfuncti, domum abeunt. postridie iterum allocuturi veniunt; cumque hilariorem eius vultum cernerent, propius uterque accedit et "tu quidem domina, inquit, nostra es, nos servi fidissimi, quidvis pro maiestate tua parati perpeti. ne cura te ulla conturbet neve suspenso sis animo." his dictis, cum imperatrici fidem dedissent, omni suspicione amota, percipiunt iam, quod occultum habebat. quippe acuti erant et sagaces atque ex paucis verbis hominum sententiam mente reconditam necdum prolatam assequi poterant. ac statim imperatricis causam amplexi, prolixe de voluntate aperteque confirmant et quodcunque iuberet periculum libenter se propulsaturos promittunt. gavisuros se cum gaudente,

Digitized by Google

κατεπηγγείλαντο. συγχαίρειν τε χαιρούσῃ καὶ λυπουμένῃ συνανιᾶσθαι, τοῦτο δὴ τὸ ἀποστολικόν, μάλα προθύμως συνέθεντο. καὶ ὡς αὐθιγενεῖς ἠξίουν τούτους λογίζεσθαι καὶ συνήθεις κἀκεῖθεν ὁρμωμένους ὅθεν καὶ αὐτή, τοσοῦτον ἐπειπόντες, ὡς εἴ τι παρὰ τῶν φθονούντων αὐτῇ τε τῇ δεσποίνῃ καὶ τῷ αὐτοκράτορι κατ' αὐτῶν εἰσηγηθείη, τοῦτο αὐτοὺς μὴ διαλανθάνοι τὸ παραντίκα, ἵνα μὴ λάθωσι ταῖς πάγαις τῶν ἐχθρῶν ἐμπεσούμενοι. τοῦτό τε ἠξίουν καὶ θαρρεῖν ἐκέλευον, ὡς σὺν θεῷ γε φάναι τὴν δυνατὴν μετὰ προθυμίας D
εἰσενεγκεῖν βοήθειαν, ὡς ἑαυτῶν γε ἕνεκα μὴ ἐκπεπτωκέναι V. 42
τῆς βασιλείας τὸν ταύτης υἱὸν Κωνσταντῖνον. καὶ δὴ καὶ δι' ὅρκων ἐμπεδοῦν ἤθελον τὰ συνδόξαντα· οὐδὲ γὰρ ἐνῆν διατρίβειν διὰ τοὺς ἐποφθαλμιῶντας. τῆς τε πολλῆς ἀνεκουφίσθησαν λύπης οἱ ἄνδρες καὶ ἐξανέφερον. καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε μεθ' ἱλαρωτέρου προσώπου τῷ βασιλεῖ διελέγοντο, ὁποδαποὶ ἐκεῖνοι καὶ μᾶλλον ἅτερος τούτων Ἀλέξιος συσκιάσαι ἀπόρρητον ἔννοιαν καὶ βυσσοδομευομένην ἐπιβουλὴν τοῖς φαινομέ- P. 47
νοις προσχήμασιν. ἐπεὶ δὲ ὁ φθόνος μᾶλλον εἰς πυρσὸν ἀνήπτετο μέγιστον, καὶ οὐδὲν τοῦ λοιποῦ τῶν πρὸς τὸν βασιλέα κατ' αὐτῶν λεγομένων αὐτοὺς διελάνθανε κατὰ τὰ πρώην συνδόξαντα, ἐγίνωσκον δὲ καὶ τοὺς δύο παραδυναστεύοντας δούλους βουλευομένους ἐκποδὼν τούτους ποιήσασθαι, οὐκέτι

1. κατεπηγγείλατο C. χαιρούσῃ A, συγχαιρούσῃ PG. 3. τούτοις G. 6. εἰσηγήσαιτο P, alterum G. 8. ἐκέλευεν (ε) G. 15. ὁποδαπὲς οἱ ἐκεῖνοι P, ὁποδαποὶ C, ὁποδαπος ἐκεῖνος G, ..ποδαποὶ ἐκεῖνοι A. 17. βυσσοδομεύειν A. 18. μᾶλλον om. A. 21. ἐγίνωσκε GC. 22. βουλομένους A.

cum flente fleturos, iuxta illud apostoli; quare se pro popularibus amicisque, eadem civitate ortis, haberet. id unum rogant, si quid inimici vel apud ipsam vel apud imperatorem adversus se proferrent, extemplo renuntiaret, ne insidiis eorum opprimerentur. ceterum bono animo sit, hortantur. deo iuvante se, quantum possent, alacriter auxilium laturos neque unquam passuros esse, ut Constantinus regno privaretur. atque etiam iureiurando, quae convenerant, firmare statuunt; diutius enim commorari apud eam non licuit, ne invidorum suspicionem moverent. ita aegritudine maximam partem liberati, hilariore iam fronte cum imperatore colloquebantur. erat enim uterque, maxime Alexius, peritus dissimulandi et quae animo volveret, speciose tegendi. at invidia in summum aestum exardescebat, neque quicquam in posterum eorum, quae barbari ad imperatorem deferrent, Comnenos ex pacto latebat. iam cum servos duo, qui in regni societatem irrepserant, se de medio tollendi consilium cepisse compe-

Digitized by Google

κατὰ τὸ σύνηθες ὁμοῦ τοῖς βασιλείοις ἐφοίτων, ἀλλ' ἐτερήμερος ἦν ἑκάτερος. τὸ δὲ σκέμμα σοφόν τε καὶ Παλαμήδειον, ἵν' εἰ γένοιτο τὸν ἕτερον τούτων κατασχεθῆναι διὰ τὰς λαθραίας ἐπιβουλὰς τῶν παραδυναστευόντων ἐκείνων Σκυ- B θῶν, ἅτερος ἀποδράσειε, καὶ μὴ ἅμα καὶ ἄμφω ταῖς πάγαις τῶν βαρβάρων ἐμπεσοῦνται. ἀλλὰ τὸ μὲν σκέμμα τοιοῦτον ἦν. οὐ μὴν κατὰ τὴν ὑποψίαν ἐκείνων ἀπηντήκει τούτοις τὰ πράγματα. ἔφθασαν γὰρ κρείττους γενέσθαι τῶν ἐπιβουλευόντων ἀνδρῶν, ὡς ἔνθεν ὁ λόγος ἀφορμηθεὶς διὰ πάσης σαφηνείας δηλώσειε.

3. Τῆς πόλεως τοίνυν Κυζίκου κατασχεθείσης παρὰ τῶν Τούρκων, πυθόμενος τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν ὁ αὐτοκράτωρ, τὸν Κομνηνὸν αὐτίκα μετεκαλεῖτο Ἀλέξιον. ἔτυχε γὰρ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὁ Ἰσαάκιος ἐληλυθώς. ὡς δὲ εἰσερχόμενον τοῦτον παρὰ τὴν συνθήκην ὁ ἀδελφὸς Ἰσαάκιος ἐθεάσατο, προσελθὼν ἠρώτα ὅτου χάριν παρεγένετο. ὁ δ' εὐθὺς τὴν αἰτίαν εἰρήκει, "ὅτι μέ" φησιν "ὁ αὐτοκράτωρ προσεκα- C λέσατο." εἰσελθόντων οὖν ἀμφοῖν καὶ τὴν συνήθη προσκύνησιν ποιησαμένων, ἐπεὶ ἀρίστου καιρὸς ἤδη παρῆν, προσμεῖναι μικρὸν παρακελευσάμενος, προστάττει κοινῆς αὐτῷ τραπέζης μετειληχέναι. καὶ δὴ διαιρεθέντες ὁ μὲν περὶ τὸ δεξιὸν καθῆστο τῆς τραπέζης, ὁ δὲ περὶ τὸ εὐώνυμον, ἀντικρὺ ἀλλήλων. μετ' ὀλίγον δὲ τοῖς περιεστῶσιν ἐνατενίσαντες, μετὰ

1. τὸ om. A. 2. ἦν : an ᾔει? 3. ἵνα P. 9. ἀφορμισθεὶς A. 16. ὁ δὲ P. 17. παρεκαλέσατο G. 18. ἄμφω A. 20. κοινῆς αὐτῷ : τούτους κοινῆς A. 21. δεξιὸν μέρος τῆς τραπέζης P, δεξ. καθῆστο τραπέζης G, recte CA.

rissent, non ut antea consueverant, ambo simul, sed singuli alternis diebus aulam frequentabant. cuius sollertis et Palamedei consilii haec ratio erat, ut si alter Scytharum istorum dominantium insidiis interciperetur, alter fugeret neque uterque una in barbarorum laqueos incideret. sed longe aliter ac suspicabantur, res cecidit. nam prius superiores contra insidiatores evasere, quod iam accuratissime exponam.

3. Occupatae a Turcis Cyzici urbis nuntium cum imperator accepisset, Alexium Comnenum statim arcessivit. forte enim dies erat, quo in palatio aderat Isaacius; qui ut intrantem praeter pactum Alexium conspexit, propius accedens interrogavit, quam ob rem venisset. hic causam statim indicans, "imperator, inquit, me arcessivit." dein ingressos et solenni salutatione functos, quoniam prandii hora erat, morari paullisper et secum accumbere imperator iubet. ac seiuncti, alter dextra, alter sinistra, ex adverso accumbunt. paulo

Digitized by Google

σκυθρωπότητος ψιθυρίζοντας ἑώρων. δείσαντες οὖν μή τι κατ' αὐτῶν ὀξὺ μελετῶσιν οἱ δοῦλοι καὶ ὑπόγυιος αὐτοῖς ὁ κίνδυνος εἴη, λαθριδίοις βλέμμασιν ἀλλήλοις ἐνητένιζον, μὴ ἔχοντες ὅ τι καὶ δράσαιεν. ἐπεὶ δὲ πρὸ πολλοῦ τοὺς περὶ τὸν βασιλέα ἅπαντας μειλιχίοις λόγοις, προπομπαῖς τε καὶ D
παντοίαις δεξιώσεσιν ἐσφετερίζοντο, καὶ αὐτὸν τὸν ὀψοποιὸν δεξιωσάμενοι ἱλαρὸν αὐτοῖς προσβλέπειν ἀνέπεισαν, τούτῳ προσελθών τις τῶν θεραπόντων Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ φησίν "ἀπάγγειλον τῷ κυρίῳ μου τὴν τῆς Κυζίκου ἅλωσιν. γράμμα γὰρ ἐκεῖθεν ἥκει τοῦτο μηνύον." ὁ δ' εὐθὺς ἅμα τε ὄψα τῇ τραπέζῃ παρετίθει καὶ ἅπερ παρὰ τοῦ ὑπηρέτου ἀνεδιδάχθη, ἀνεδίδασκε τὸν Ἰσαάκιον ἠρεμαίᾳ φωνῇ. ὁ δὲ μικρὸν ὑποκινήσας τὰ χείλη ἐσήμανε τἀδελφῷ τὸ λεχθέν. ὀξὺς δὲ ὢν περὶ τὸ νοεῖν καὶ πυρὸς θερμότερος ὁ Ἀλέξιος, αὐτίκα ἥρπασε τὸ λεγόμενον. ἀνέπνευσαν οὖν καὶ ἄμφω τῆς κατασχούσης αὐτοὺς ἐννοίας. καὶ γεγονότες ἑαυτῶν ἐσκοποῦντο, P. 48
ἵν' εἴ πού τις αὐτοὺς ἔροιτο περὶ τούτου, ἑτοίμως ἀποκριθήσωνται, εἰ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτοὺς εἰς βουλὴν ἀγάγοι, προσηκόντως αὐτῷ βουλεύσοιντο. τοιαῦτα τούτων λογιζομένων, ὁ βασιλεὺς ἀπιδὼν πρὸς τοὺς ἄνδρας, ὡς δὴ ἀγνοοῦν- V. 43
τας αὐτοὺς τὰ κατὰ τὴν Κύζικον, τὴν ἅλωσιν αὐτῆς ἔλεγεν. οἱ δὲ (καὶ γὰρ ἦσαν ἕτοιμοι ψυχὴν θεραπεῦσαι κυμαι-

5. μειλιχίους λόγους G. 6. ἀξιώσεσιν et mox ἀξιωσάμενοι G. 9. ἅλωσιν : κατάσχεσιν A. 12. τῇ φωνῇ G. 15. προήρπασε P. ἀνένευσαν CGA. καὶ om. G. 18. αὐτοὺς om. G. 21. αὐτοῖς ἔλεγεν A. 22. ἕτυμοι G.

post ubi qui circumstabant moesto vultu invicem sibi insusurrantes conspexerunt, veriti, ne quid servi in se molirentur et periculum iam instaret, furtim nonnunquam se adspiciebant, incerti quid agerent. iam pridem autem omnes imperatoris administros blando alloquio, prosequendi honore et omni officiorum genere sibi conciliaverant, quin ipsum dapiferum his artibus, ut hilari vultu se intueretur, adduxerant. ad quem famulus Isaacii Comneni accedens, "nuntia, inquit, domino meo captam Cyzicum; id enim litterae inde allatae indicant." ille autem dum cibos mensae imponit, summissa voce Isaacio, quae a famulo acceperat, refert, isque exiguo motu labiorum fratri idem significat. hic ut erat promptus ad intelligendum et igne velocior, percipit statim, quae frater innuit. ita postquam a metu respirarunt, sui ipsorum compotes facti, rem secum reputabant, ut interrogati a quopiam, prompte respondere, aut si forte ipse imperator in consilium se adhiberet, bene consulere possent. quae dum cogitant, imperator Comnenos intuens, Cyzici cladem, ipsis, ut putabat, igno-

Digitized by Google

νομένην βασιλέως ἐπὶ πορθήσεσι πόλεων) ἀνήγειράν τε τὸ πεπτωκὸς τοῦ αὐτοκράτορος φρόνημα καὶ πρὸς ἐλπίδας ἀγα- B θὰς ἀνεθέρμηναν, ῥᾳδίως τὴν πόλιν ἐπανασωθῆναι κατεγ- γνώμενοι. "μόνον" φησὶ "τὸ σὸν κράτος ἐχέτω καλῶς· οἱ δέ γε πολιορκηταὶ τῆς πόλεως ἑπταπλάσιον εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν ἀπολήψονται ὧν εἰργάσαντο." τότε μὲν οὖν ἠγάσατο τούτους ὁ βασιλεύς, καὶ τῆς εὐωχίας ἀπολύσας τὸ ἐξῆς τῆς ἡμέρας ἀπεριμερίμνως ἔσχε. τὸ ἀπὸ τοῦδε τοίνυν ἐπιμελὲς ἔσχον οἱ Κομνηνοὶ τοῖς βασιλείοις προσιέναι καὶ τοὺς περὶ τὸν βασιλέα ἔτι μᾶλλον ἐναγκαλίζεσθαι, καὶ αὐτοὺς μὲν μὴ διδόναι λαβὴν τὸ παράπαν τοῖς κατ' αὐτῶν μελετῶσι, μηδ' ἥντιναοῦν πρόφασιν ἀπεχθείας αὐτοῖς ὑπανοίγειν· πάντας C δὲ ἀναπείθειν στέργειν αὐτοὺς καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν φρονεῖν τε καὶ λέγειν. προσεμηχανῶντο δὲ πλέον ὑποποιεῖσθαι καὶ τὴν βασιλίδα Μαρίαν καὶ ὅλους αὐτοὺς ἐκείνην καὶ βλέπειν καὶ ἀναπνεῖν. ὁ μὲν γὰρ Ἰσαάκιος καὶ τὸ κῆδος τὸ ἐπὶ τῇ ἐξαδέλφῃ αὐτῆς προβαλλόμενος, τὴν παρρησίαν ξυνέτεινεν· ὁ δὲ ἐμὸς πατὴρ οὐχ ἧττον μὲν καὶ διὰ τὴν ἐξ ἀγχιστείας συγγένειαν, πλέον δὲ τὴν υἱοθεσίαν λαμπρὰν ὑπόθεσιν τῶν πρὸς τὴν βασιλίδα εἰσόδων ποιούμενος, παντάπασιν ἀνέμφαντος ἦν καὶ τὸν φθόνον τῶν πονηρευομένων αὐτῷ συνεσκίαζεν. οὐδὲ γὰρ ἐλάνθανεν αὐτὸν τὸ βαρύμηνι τῶν βαρβάρων ἐκεί- D νων δούλων καὶ τὸ τοῦ βασιλέως κουφότατον. καὶ εἰκότως

1. ἐνήγειραν CG. 3. ἐνεθέρμηναν G. 4. φασὶ coni. Hoeschel. 6. ἀπολείψονται G. 11. κατ' om. P. 14. τε om. A. προσεποιῶντο P. δέ τι πλέον A. καὶ om. G.

tam, enarravit. at illi (erant enim afflictum imperatoris ob expugnatas urbes animum lenire paratissimi) erigebant fractum et in meliorem spem excitabant. facile urbem recipi posse; modo salvus esset ipse, brevi barbaros illos septupli poenam daturos. hac oratione imperator delectatus, finito convivio, reliquum diei transegit cura vacuus. Comneni ab eo inde tempore longe antiquissimum habebant, aulam frequentare, imperatoris administros magis etiam amplecti, cavere ne ipsi adversariis sui perdendi ansam darent, neve odii praetextum ullum praeberent, quin potius omnes adducere, ut benevole de se et sentirent et loquerentur. praeterea id agebant, ut Mariam imperatricem arctius devincirent seque totos ipsam spirare et in oculis ferre confirmarent. Isaacius e matrimonio, cum sororis eius filia inito, liberioris consuetudinis veniam habebat; pater meus cum illa affinitate, tum vero maxime adoptionis necessitudine nisus, imperatricem visitabat sine suspicione cuiusquam et invidiam malevolorum obruebat. non enim latebant eum et barbarorum illorum implacabile

μὴ ἐκπεσεῖν τῆς ἐκείνης εὐνοίας ἐφρόντιζον, ἵνα μὴ ἐντεῦθεν τοῖς ἐχθροῖς παρανάλωμα γένοιντο. τὰ γάρ τοι κουφότατα ἤθη εὐμετάφορά πως καὶ Εὐρίπου δίκην ὡς ἐν παλιρροίᾳ περιπλαζόμενα.

4. Ταῦτα ὁρῶντες οἱ δοῦλοι καὶ ὅπως οὐ κατὰ σκοπὸν αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα προῄει, οὐδὲ ἡ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν ἀπώλεια εὐχερής ἐστιν αὐτοῖς, τῆς τοῦ αὐτοκράτορος ἐς αὐτοὺς εὐμενείας ὁσημέραι αὐξανούσης, πολλὰ μὲν εἰπόντες, πολλὰ δὲ καὶ ἀπειπόντες, ἐφ' ἑτέραν ἀτραπὸν ἐτράπησαν. τίς δὲ αὕτη; ἵνα ἐν μιᾷ νυκτὶ μετακαλεσάμενοι τούτους βουλῆς ἄτερ τοῦ κρατοῦντος, ἐκποδὼν τοὺς ἄνδρας ποιήσονται, τοὺς αὐτῶν ὀφθαλμοὺς ἐξορύξαντες, ψευδῆ αἰτίαν ἀναπλασάμενοι. P. 49 τοῦτο τοὺς Κομνηνοὺς οὐ διέλαθε. καὶ ἐπεὶ πολλὰ γνωσιμαχήσαντες ὑπόγυιον τὸν κίνδυνον ἔγνωσαν, μίαν σωτηρίας ἐλπίδα τὴν ἀποστασίαν ἐδόκουν, πρὸς ταύτην κατ' ἀνάγκην πολλὴν συνωθούμενοι. τί γὰρ δεῖ περιμένειν τὸν ἐπενεγκόντα μύδρον τοῖς ὄμμασι καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἥλιον ἀποσβέσοντα; ὑποβρύχιον οὖν ἐν ταῖς ψυχαῖς τὴν γνώμην ταύτην εἶχον. ἐπεὶ δὲ μετ' οὐ πολὺ προσετέτακτο ὁ Ἀλέξιός τινα μερίδα τῆς στρατιᾶς εἰσαγαγεῖν μέλλουσαν ἐξοπλίζεσθαι κατὰ τῶν πορθησάντων τὴν πόλιν Κυζίκου Ἀγαρηνῶν, (ἔτυχε γὰρ τηνικαῦτα δομέστικος ὢν τῆς ἑσπέρας,) ἀφορμῆς εὐλόγου δραξάμενος, B τοὺς εὔνως πρὸς αὐτὸν ἔχοντας τῶν τοῦ στρατοῦ

7. αὐτοῖς om. A. 11. ποιήσωνται G. 12. ἐναπλασάμενοι G.
21. Κυζίκου om. C. 22. μέγας δομέστικος A. ὢν : ἐν P.

odium et imperatoris levitas summa. itaque non sine causa se ad Augustam applicuerunt, ne illico ab adversariis interirent. levia enim ingenia facile mutant et Euripi instar quasi reciproco aestu fluctuantur.

